vēdita ⁊ tradita. poſt retradita fuit ex antiqua cā. Secus ſi fuiſſet retradita ex noua. q̄ iſta retraditio eſſet ſiliis p̄ori traditōi in q̄ fuit vendita. Item ad multitudinē traditionum ſequit multitudo laudemiorū. l. quicūq̄. C. de ſer. fugi. Intellige ex noua cā. Secus in antiqua. q̄ nō videt alia traditio. ſed p̄ma.

¶ Tertius caſus ē q̄n plures hūtes rē ēphi- 38
theoticā cōem diuidūt eā inter ſe. q̄ cuz hoc poſſint facere dño irrequiſito. vt no. Bar. in l. volūtas. C. de fideicommiſ. R̄ō q̄ cā p̄ter quā p̄hibet alienari in extraneū ē. q̄ extraneus nō dz neceſſe recognoſcere dñm. vt no. in

d.l.fi.q̃ cã ceſſat qñ vendit alteri ẽphitheote
ſocio ſuo.ꝛ iõ nõ debeꝫ laudemiũ ſm Guil.ꝛ
Bar.q.l.p diuerſas.Ł.mãda.qr iſta ẽ aliena
tio neceſſaria.Alij tenẽt q debeꝫ.qr añ diui
ſiõz null9 ẽ dñs iſtius ptis magꝫ q̃ illius.ſz p9
diuiſiõz q̃libet ẽ dñs ptis ſue.ff.de le.q̃.l. me
uius.§.duob9.g̃ videꝫ alienatio.Sz tu tene p
mã opiniõz.Bar.quã no.in.l.ꝛ ideo.ff. de cõ
39 di.fur. niſi ꝓſuetudo ſit in contrarium.

¶Quartus caſus qñ quis vẽdit.ſz re ĩtegra
diſceſſũ ẽ a vẽditõe.qr dñs ñ hz mittere nouũ
ẽphitheotã in poſſeſſiõz.Sz tñ Pe.vbi.s.di
cit q debeꝫ.qr p eũ nõ ſtetit.Ideo p inde eſt
ac ſi miſiſſet.Q̃ credo verũ de rigore iuris.
Secus de equitate.

40 ¶Utrũ emphitheota cadẽs a iure ſuo ꝑdat
meliorationes q̃s fecit in re.Ia.Pa.ĩ.d.c.fi. q
41 ſic.r.q.q̃.Bius.ꝛ ĩ.d.l.q̃.Ł.de iure emphi.

¶Utrũ emphitheota cadat ex meliorationẽ
fcã ab ipo.Ia.pe.vbi.s.q ſic qr cã finali ceſ
ſante ceſſat effectus.l.adigere.ff.de iur.pa.§
q̃uis.ſz cã finalis ẽ melioratio.vt.l.fi.Ł.de
iure.emp.ĩõ cadit.qr frãgẽti fidẽ fides fran
42 gatur eidem.

¶Utrũ dñs poſſit ꝓpria auctoritate expelle
re emphitheotã.Ia.Pa.in.d.ca.fi.dicit Cy.
p9.Accur.q nõ ꝑt.qr emphitheota hz ius in
re.vt in.l.i.ff.ſi ager vec.ꝛ ideo ꝓpria auctori
tate nõ debz expelli.facit.l.creditores.Ł.de
pig.hec opinio eſt turior.

43 ¶Utrũ res eccleſie poſſit dari in emphithe
oſim.Ia.vt.s.Alienatio.in principio.

EMptio ꝛ venditio ẽ alienatio q̃dã
q̃ dñinium ꝛ poſſeſſio rei vẽdite trãſ
ferẽ ꝑ traditõem ipius dñi.vel ſi ñ
ẽ dñs.vsus capiẽdi conditio.in ementẽ.p ipſa
1 ſoluto ꝓtio.

¶An añt veniat ſub noie vẽditõis oĩs alie
natio.Bal.in.l.volũtas.Ł.de fideicõmiſ.tz
q nõ.lz in ꝓncipio iuris ciuilis veniret.vt pz
l.ſtatuli.§.quint9.ff.de ſtatuli.vide qõ diri.s
Emphitheoſis.§.x.Aduerte ẽ q ẽptio ꝛ vẽ
ditio trib9 modis pficit.vt no.glo.inſti.õ em
pti.ꝛ ven.in ꝓin.Primo quo ad hoc vt non
poſſit diſcedi ab altera ptiũ fit p quẽtionez
etiã cõditionalẽ.Scõo quãtũ ad piculum qõ
trãſit ad emptorẽ fit pure.vt.ĩ.§.xi.Tertio q̃
ad trãſlationẽ dñij vl vſucapiẽdi ꝓditionem
fit tradẽdo rẽvenditã.§.vẽdite.inſti.de rerũ
diui.l.clauibus.ff.de cõtraben.emp.
2 ¶Emptio ꝛ venditio nõ alr facit rẽ empto
ris niſi ad p̃ciũ ſolutũ fit.aut ſatis eo noĩe fa
ctũ.vl alr fidem de p̃cio habuerit vẽditor.ꝛ
tradaꝫ res.vt.l.qõ vendidi.ff.de ꝓben.em.
nec p̃t eẽ ẽptio ſine p̃cio.ſ.pecunie nũerate vt
inſti.õ em.ꝛ ven.§.itẽ p̃ciũ.Nãvbi aliud pro
alio daꝫ ꝓmutatio ẽ nõ vẽditio.ff.de contra
ben.emp.l.i.

¶Sz nunq̃d tradẽdo rẽ vẽditor teneaꝫ fidez 3
hre de p̃cio.Ia.glo.in.d.l.qõ vẽdidi.qõ ſic ni
ſi forte emptor dicebat pecuniã hre ad manꝰ
cũ nõ hꝫet.ꝛ ſic tradidit.vt.ff.de pi.ac.l.ſi q̃
ſi.Sike hz fidẽ de p̃cio ſi dedit diẽ ſolutõnis
ẽptori.arg.l.ad ſolutõem.Ł.de re iudi.

¶Utrũ q̃libet qui p̃t vendere poſſit fidẽ hre 4
de p̃cio.vt tradẽdo rẽ emptori tranſferat in
eũ dominiũ.Ia.q nõ ꝓcurator fiſci eccleſie.et
minoris.vt no.Bart.in.l.a diuo pio.§.ſed ſi
ẽptor.ff.de rei ven.ꝛ Cy.in.l.ciuile.Ł.de rei
vẽ.ꝛ ẽ ter.in.d.glo.in.l.ſi ꝓcurator fiſci.ff.õ
iure fiſ.no.Pa.in.c.cũ olim.el.i.õ of.dele.

¶Utrũ vendẽs poſſeſſionẽ vl domũ ꝛ hmõi 5
ꝛ qr emptor nõ hz p̃ciũ tradit eã cũ pacto.q
donec ſibi ſoluerit p̃ciũ vult ſibi ſoluat penſi
onẽ debitã de ea re.ſed p̃cio ſoluto nihil am
plius vult.licite poſſit facere.Ia.q ſic.tex.ẽ
in.l.curabit.Ł.de ac.emp.ꝛ ven.ꝛ ſm.Azo.
in glo.Bar.ꝛ Bal.ibidẽ.ꝛ Bali.ꝛ Ange.in.
l.Julia.ff.de ac.emp.ꝛ Jo.de ana.in.c.con
queſtus.de vſur.lz etiã iure canonum.ꝛ facit
glo.in.c.ꝙqueſtus.quã cõiter ſequunt doc.õ
vſuris.Nec ob.q loquit de eo qui ẽ in mora
p9 terminũ.qr ſic in mora p̃t conſtitui a p̃ci
pio.Et licet aliqui theologi ꝛ legiſte.vt Bu
tri.in.d.l.curabit dicãt vſurariũ qñ ſolũ p̃ci
pit fructum.qr nõ ſoluit.ſecus qñ de pecunia
ſua lucratus fuiſſet.vl ex ea aliquã vtilitatez
feciſſet.qr tũc hz locũ ꝓma opinio.tñ mihi vi
deꝫ q ſimplr.ꝓma opinio ſit vera.qr nihil in
iuſtũ facio ſi nolo tibi dare poſſeſſionẽ meam
vt fructus tuos facias niſi dederis mihi pre
cium.etiam ſi illud voleã ſeruare in capſa

¶Que nõ p̃nt vendi.Ia.multa.Primo ſpiri 6
tualia.vt de hoc vide.Simonia.Scõo liber
hõ.dic vt.ĩ.Seruitus.§.i.Tertio illa quoruz
vſus ẽ ſolũ malus.vt.s.Ars.Quarto res ali
ena.Quomodo autẽ teneaꝫ qui emit.vide.ĩ.
Reſtitutio primo.in verbo emẽs.Quito res
pupilli non poſſunt emi a tutore.l.cũ ipe.Ł.
de contraben.emp.ꝛ ven.

¶Quo p̃cio poſſunt vendi vel emi res.Ia.q 7
licet varie fuerint opiniones tã legiſtaz in.l.
i.Ł.de epi.audien.q̃ cano.in.c.i.ꝛ.c.cũ dile
cti.de emp.ꝛ ven.Tamẽ ſaluo meliori iudicõ
ſm q colligo ex dictis.Scoti.in.iiij.diſt.xv.
Dico q res tm vẽdi poteſt quanti emptorem

inuenit ꝛ econtrario emi potest quantū vēditorem inuenit. dūmodo hec. quatuor concurrant. Primū scientia. s. ꝙ nulla sit deceptio ex pte alterius. sed quilibet iporagnoscat rē ꝛ eius qualitatē ꝛ valorez. Facit glo. pe. in. l. mortis cā capi. ff. de donatō. cā mor. Secōm libertas volūtatis. s. ꝙ nō faciat ex tali necessitate que excludat rōem voluntarij. Quō aūt possit ppendi ꝙ nō fiat volūtarie. cōsidera si talis res ptinet ad necessitatē vite. sicut sunt granū. medicine. vinū. vestes. domꝰ. ꝛ hmōi. sine quibus viuere quisq; nō ꝑt. qz talia non pñt vendi ad libitū. sed iustū ꝑciū debeat taxari. Attēdit etiā ꝙ nō fit libera volūtate. qñ quis vēdere vel emere vult tali precio ꝓpter euitandū notabile ꝛ enorme dānū. Nā qñ qs nisi venderet tali ꝑcio. vel emeret esset incursurus. puta amissionē maioris ptis suorū bonorū. vl notabiliorem. certe ista necessitas ꝛ omnis timor qui cadit in cōstantē excludit libertatē voluntatis scōm no. in. c. cū locuz. de spon. ꝛ in. c. abbas. qō me. cā. Secus in minori metu. Nam dicit Bal. in aut. ad hec. C. de de vsu. q̄ est cōtra charitatē addere afflictōz afflicto. qō nō licet. l. diuus. ff. de of. ꝑsi. Certū ꝙ sit prudēs. qz magna mētis leuitas redderet contractū illicitū. Quartū ꝙ ille q̄ vēdit vl emit plus debito. possit donare. ar. c. ij. de dona. Si vero hec quatuor nō cōcurrunt. tūc nō liceret emere vel vēdere nisi iusto precio. ꝛ scienter notabiliter plus vēdens. vl minus emens peccat mortaliter. ꝛ tenet ad restitutōnem. qō quidē ꝑciuz debet attendi. fm cōmunē estimatōnem. vt dicit. l. ꝑcia. ff. ad. l. fal. no. glo. in. c. hoc ius. x. q. ij. ꝛ eā sequūtur cōmuniter doc. Quō aūt ista extimatio debet fieri qñ nō ē cōitas talis cōmertij. dico ꝙ pensatis raritate. laboribus ꝛ ꝑiculis iudicō boni mercatoris determinabit. qz alia regula nō ꝑt dari. ꝛ hoc in re mobili. In īmobili vero extimat fm fructus. fm glo. ꝛ Bar. in. l. ij. C. ō rescin. ven. quem sequūtur cōmuniter doc. ꝛ tali ꝑcio deberet vendi ꝛ emi. de hoc vide. j. Extimatio. §. i. cū se. Si tñ ꝓdicta cōcurrāt credo similiter. ꝛ mobiles emi posse ꝛ vendi. Et no. ꝙ quo ad valorē attendi debet tēpus cōtractus emptionis. vt. in. d. c. cū dilecti. ꝛ. d. l. ij. C. de rescin. vendi. nisi sit dubium an tpe solutōis sit plus valitura. scōm ꝙ dicā infra. Vsura. i. §. xxiij. Aduerte tamen ꝓdicta nō hre locū qñ plus vēdit rōe tpis. qz ꝑciū nō soluit. qz licet foret scīēs ꝛ volēs. tñ nō excusaret vsuram. vt plenius infra. Vsura. i. §. lviij. dicet. vide etiaz qō dico supꝝ Dolus. §. ix. Limita etiā ꝓdicta. nisi in casu. de quo. j. §. x.

8

¶ Vtrum vēditor teneat dicere defectus secretos emēti. R. vt colligo ex dictis ꝑ Ange. in. l. si quis cū aliter. ff. de ac. emp. ꝛ vendi. et Pa. in. c. iniustum. de rerum ꝑmu. cū distinctione. ꝙ aut si sciret nullo modo emeret. puta qz equus habet defectū talē ꝙ potius staret sine equo. ꝛ tunc nullo modo licet celare. Si vero emeret. licet nō ita libēter. tūc si nullū periculū immineat vl dānū emptori. ꝛ res nō vendat vltra iustū ꝑciuz attento defectu latente. ꝛ emptor sit industrius nō tenet ei revelare. nec peccat nō revelando qñ solum facit vt iustū habeat ꝑcium. Et quod dico de defectu. intellige ꝛ de mixtura alterius rei. vt puta vino limphato. speciebus quibus immiscetur. aliud ꝙ extimet. si autem imminet periculū vel dānū emptori seu alteri tenetur manifestare. aliter teneret ad restitutiōem dāni si accideret. ar. l. in rebus. §. itē qui scies. ff. ꝑmoda. ꝛ. l. Julianus. ff. de act. emp. Aduerte tamen ꝙ si vēdens intendit vēdere rē ꝛ emens intendit emere aliā in substantia non valet venditio. vt si vendens intēdit vnū agrū vendere. ꝛ emens alium emere. l. vt venditōibus. ff. de contrahē. emp. Idē dic in materia. vt si vendat auricalcū ꝑ auro. d. l. in vēditionibus. Idem dic in qualitate substantiali. puta in domo que est cōbusta. ar. l. qđ tñ. ff. de ꝓben. emp. Secus in qualitate accidētali. vt puta in agro sterili quē credit vberem. xxix. q. i. §. is ita respōdet. Fraudans vero in quātitate. puta in falsa mensuratōe vt faciūt tabernarij qui non implent mēsuras. vl in numeratōe ꝛ hmōi. licet teneat venditio. tamē teneat restituere. nec cōsuetudo excusat eū.

9

¶ Vtrum liceat vendere rem fm ꝙ vendens eam sibi extimat vtilē ꝙuis emens non libere emat. R. ꝙ sic. si ex tali vēditione tale dānum incurrat quantum plus vendit. vl quando talem affectionem ad rez habet ꝙ potius vellet eam sibi dimitti ꝙ tali ꝑcio emi. nisi sit in tali abundantia ꝙ gratis teneatur primo subuenire. concor. Tho. Fa fe. q. lxxvij. Sz nō liceret vendere tantum plus quantū erit vtilis emēti. qz sic herba medicinalis valeret. c. ducatos. fm Sco. vbi supra.

10

¶ Vtrum liceat carius vendere rem que immutata venditur in eodem loco ꝙ sit empta. vide. j. Negocium. §. iij.

11

¶ Ad quē ptinet periculū rei vēdite. si aliud

in pacto specialiter nō ē deductū. R. vt colligo ex Azo. ⁊ Gof. q aut vēditio est pditōnalis. ⁊ tūc ante euentū pditōis piculū pemptionis ptinet ad venditorē. sed deteriorationis ad emptorē. vt in. l. id qō. ff. de periculo ⁊ co. re. ven. Sikr si vēditio fit in scriptis q donec scriptura pficiaf piculū ē venditoris. l. ōctus C. de fi. instru. Limito hoc verū qñ cōuenerūt. vt nō valeat ātecq scriptura sit facta. Secus si simpliciter sit factus ōctus. postea faciunt scripturā. Idē dic qñ vēditio fit in genere. puta asini. q genus nō pt perire. l. in rōe. §. verū ē autē. ff. ad. l. fal. Bz secus esset qñ genus esset determinatū. puta ad asinos quos habeo. vbi gratia. Vendo tibi vnū de seruis meis vel asinis ⁊ hmōi. si oēs pereunt venditor ē liberatus. sicut in legato. d. l. in rōe. §. incerti. Hosti. tñ videf tenere q emptor potest repetere pciū quasi sine cā sit apud venditorē. Secus in legato. q pciū rei legate nō ē legatū. Et iō si periit res legata aliud nō debef. Bz mihi videtur q nec etiā pciū poterit emptor repetere in casu isto nec excipere. vt nō soluat nisi venditor esset in mora. q preciū nō ē nisi cū causa. s. emptiōis. Et idē dico sicut qñ aliquid alternatiue emif. puta titius aut seius. Si titi⁹ periit pibit emptori. ⁊ seius erit in obligatōe solū. Si vero ambo. sic venditor liber erit. ⁊ pibit seius emptori qui solus remāserat. facit. l. si in ēptōe. §. pe. ff. d ōbē. emp. Aut vēditio sit pure. i. sine pditione ⁊ sine scriptis ⁊ de re certa siue in specie. ⁊ tūc sm glo. in. l. i. ff. d peri. ⁊ co. re. ven. dic q in vino ⁊ ceteris q̄ degustatiōez requirūt. etiam añ degustatōez periculū ē ēptoris. Si vero vendif nō in specie. sed ad mēsurā. piculū ē venditoris donec sit mensuratū. ⁊ ibi multas diuersitates poteris videre Bz istud sufficit tibi cōfessori. Sikr si nō exigit degustatōz piculū ē ēptoris. excepto casu publicatōnis. q si publicef añ traditōem vl post ꝓpter maleficiū vēditoris piculū erit ipius vēditoris. l. fundus. ff. de loca. ⁊ ibi glo. Sikr p pactum Morā dolū vel culpā piculū ē vēditoris. puta q pactū fuit vt tenereī. Item si fuit in mora tradēdi rē. Si vero tā emptor cq venditor fuerūt in mora. posterior mora ꝓponderat ꝑme ⁊ illi nocebit quo ad piculuz. Limita nisi posterioris more ꝑmus morosus fuerit cā. q sic nō nocebit posteriori. casus ē iuncta glo. in l. si p emptorē. in fi. ff. de ac. emp. ⁊ ven. qō no. Idē dic si vēditor fuit i dolo l culpa lata seu leui pditōis rei vēdite q piculū erit suū. sicut in cōmodato ⁊ depositō. Et idē dic ō de terioratōe seu melioratōne rei vēdite q ptinet ad ēptorē qñ res ē vēdita in specie sm legistas. sine numero sm logicos qō idē est. Secus ē in fructibus rei vēdite qui ptinēt ad vēditorē donec pfecta sit vēditio. nisi venditor sit in culpa. d. l. curabit. Nec ob. l. fructus p⁹ ⁊ l. pe. C. de ac. em. ⁊ vē. q loquunf in pfecta venditōe quā voco pfectā quo ad hoc qñ pre ciū ē solutū vel habita fides de ꝑcio. vt no. in glo. l. i. C. de peri. ⁊ co. rei ven. licet alꝭ sit p fecta qñ res ē tradita. ff. de act. emp. ⁊ ven. l. si quis alienum.

¶ Utrū emptū de aliena pecunia sit emētis. R. q sic. si noīe suo emit. l. si ex ea. C. ō rei vēdi. Fallit in ēpto ex pecunia ecclesie. xij. q. iij. c. i. ⁊. ij. ⁊. q. v. fixū. Qō ideo ē verū q si clericus hūs pecuniā de pbēda emerit pdiū. amplius nō poterit illū dare intuitu pietatis. lz pecuniā potuisset dare. q statim ꝑdiū fit ecclesie. siue emerit noīe ecclie. siue suo. siue alieno. c. i. de pecu. cle. ⁊ c. inquirēdū. Sikr dic ī empto de pecunia pupilli. vl minoris a tutore vl pcuratore. q minor sibi vēdicare pt. l. ij ff. qñ ex fac. tuto. Idē dic de emp. ex pecunia militis. C. de rei vē. l. si vt ꝓponis. Sikr dic in empto a marito l uxore de pecunia sibi ab altero eox donata si efficiaf nō soluēdo qui donū accepit. l. uxor marito. ff. de dona. inter vi. ⁊ uxo. Hec limita qñ pecunia non fuit alteri mixta. q si fuisset mixta transiret in dominiū etiā furis. l. si alieni numi. ff. de solu. ⁊ sic non esset ecclesie vel prefatorum.

¶ Quomodo potest pater vēdere filiū. ⁊ quō liber homo potest vendi. vide. j. Seruitus. §. i. circa finem.

¶ Quid si res vendaf duob⁹. R. q potior est scōs si res tradaf sibi. vl ꝑmus. si ꝑmo sibi detur. ⁊ idē in donatōe. l. quotiēs. C. de rei vē. nisi ꝑmus emisset noīe ecclie. spāle ē ꝓ vt dominiū acquiraf sine traditiōe. ar. c. ex lris. de ꝓsue. ⁊ exꝑsse. C. de sa. san. ec. l. vt inter diuinū publicūcq. etiā si secūdus emisset. ⁊ ipe nomine ecclie. q ꝑferret ꝑm⁹. ff. de pcu. l. in. cause. sed venditor teneī crimine falsi. vtpz. ff. ad l. cor. de fal. l. qui duob⁹. Sic vo pmutauit aut alteri in solutum dederit. vl alter distraxerit postcq eā obligauerat tenetur crimine stelionatus. vt. l. iij. ff. de cri. stel.

¶ Utrū vendens vinū qui nihil dixit de expeditōe vasoz. possit illud euacuare in terra si ēptor nō euacuat. R. q sic. si vindemia supueniat. vel si venditor ē mercator qui solet

vendere ⁊ emere. ff. de peri. ⁊ co. re. ven. l. i. § pe. fm Goffre. Nō tu dic fm Hosti. q̄ si indiget vasis ⁊ eo āmonito nō vult. p̄t corā testibus vinū mensurare ⁊ effundere. Nō limito nisi ēptor sit in tali necessitate q̄ venditor teneat ei subuenire ex debito.

16 ¶ Utrū venditor teneat de euictōe emptori R. fm glo. ⁊ Pa. in. c. si vēditori. de empt. et ven. q̄ sic. nisi i tribus casibus. Primus si in p̄cipio litis. vel ad minus post litē ꝓtestatā nō denūciauit venditori. vt eū defenderet. vt C. de euictio. l. emptor fundi. ⁊. l. auctore. ⁊. ff. eo. l. si rem. §. fi.

17 ¶ Sed quid si sciebat litē motā venditor. R. Bar. in. l. denūciasse. ff. de adul. videt sentire q̄ etiā teneat denūciare. Nō fm eū. qz q̄ denūciatio requirit ad aliquod faciendū. vt in casu isto. tūc nō sufficit sibi sciētia sola. vt in d. l. denūciasse. Secus esset q̄ denūciatio requirit ad simplicē sciam habendā. qz valet vt regula qui certus ē. de reg. iur. li. vi. ⁊. l. i. ff. ō ac. emp. ⁊ ven. Glo. tū ⁊ Ly. in. d. l. emptor. et Dy. in. d. regula q̄ certus. tenēt q̄ nō tenetur denūciare. ⁊ multi alij. Tamē tutius est q̄ denūciet p. l. si ꝓtroversia. i ℞. auctori. heredi ve eius enūcia. C. de euic. ⁊ sic fit denūciatō qō importat nō simplicit̄ iudicare. ʒ p. offici alē facere ei notū litē motā. vt veniat ad defendendum.

18 ¶ Secūdus casus q̄n emptor citatus ꝓtumaciter affuit tpe sentētie. qz videt cōdēnat⁹ p̄pter suā ꝓtumaciā. d. l. ēptor. ⁊. ff. de euic. l. si ro. i. rūso. Idē si vēditore absente nō appellauit a sententia. l. berennius. ff. de euic.

19 ¶ Tertius q̄n p iniuriā fūia lata fuit ꝫ ēptore. d. l. ēptor. qz iniuria q̄ fit ēptori nō ꝓtigit vēditorē. l. si p imprudentiā. in p̄n. ff. de euic. Idē dic si p violētiā extra iudicialit̄ auferat d. l. si p. etiā si notari⁹ posuit q̄ obligat se defendere de iure ⁊ de facto. qz illud de facto intelligit̄ si lis moueat de facto non de iure fm Pa. vbi. s. q̄ violētia extraiudicialis nō venit fm naturā ꝓctus. ō quo dic. vt no. p Bar. in. l. stipulatio ista. ff. de ver. ob.

20 ¶ Addo q̄rtū casū q̄n ēptor ꝓmisit. ⁊ ꝓriam fūiam reportauit. l. si dictū. §. si i arbitrū ꝓmisero. ff. de euic. intellige ℞ verū si voluntarie ꝓmisit. qz secus si coactus. s. vel a statuto q̄ sic vult vt inter ꝓsanguineos ꝓmittat. ⁊ hmōi. ⁊ ℞ denūciauit venditori. fm Bar. in. d. §. si in arbitriū. ⁊ Bal. in. l. i. C. ō peri. ⁊ co. re. vē. Quintus casus q̄n ēptor potuit vsucapere ⁊ nō vsucepit. d. l. si. dictū. §. si cū posset. Sext⁹ casus si rē alienā sciēt emit nisi de euictōe spāliter sibi caverit. l. si fūdū. C. de euic. Septimus si aliq̄d casuale ꝓtīgat. C. eo. de lega. l. fi. de re. ec. nō alie. c. ad nrām vide alios casus p Host. in sum. eo. ti.

21 ¶ Quid si fecit pactū venditor q̄ nō vult teneri de euictōe. R. nihilominus tenebit ad p̄ciū re euicta vt ēptorē. §. i. ff. de ac. emp. Nō limitat Ludo. de ro. in no. q̄n pactū fit in genere. s. a q̄cūq̄ euincat. Secus si specificat̄ p sona. qz tūc etiā nō tenebit ad p̄ciū. casus est in. l. q̄ libertaꝫ. in p̄n. ff. de euic. ⁊ ibi glo. ō ℞.

22 ¶ ℞ quātū teneat vēditor ēptori re ēpta euicta in casib⁹ in q̄b⁹ tenet de euictōne. R. q̄ in simplū tm. ⁊ si fuit in culpa i vēdēdo tenet ec ad itereſſe. In foro tn ꝓtētioso i reb⁹ p̄ciosis arbitrio iudicis cogit̄ duplū p̄mittere. alit̄ ꝑdē nabit̄ in duplū p̄cij q̄ēti. ff. de euic. l. ij. et. l. emptor.

23 ¶ Utrū venditor teneat ad oēs expēsas q̄s emptor fecit in iudicio qz eū nō defendit venditor post q̄ sibi hoc denūciauit. R. Pa. vbi s. q̄ sic. sive obtinuerit sive nō. vt. l. i. C. deui. ⁊. l. vēditores. ff. ō ℞. ob. ⁊ vtrobiq̄ p Bar. Secus si nō denūciasset venditori litē motā.

24 ¶ Utrū emēs domū p cētū in q̄ postea iuenit thesaurū valētē ducēta. teneat. R. Ludo. de ro. ꝫ q̄ sic. ⁊ dicit se cōsuluisse ⁊ obtinuisse i curia q̄ in hoc ꝫ locū remediū. c. cū cā. ō ēp. s. q̄ rescindat̄ ꝓctus vt restituat plus. Ꝫ cōtrariū de iure ē verius. s. q̄ nō teneat. Nō qz thesaurus est res mobilis abscōdita ab ignotis dīis tpe vetustiore. vt. l. vnica. C. de thesauris. q̄ dīs nullus erat ipius. vt casus ē in. d. l. i. l. nūq̄. §. thesaurus. ff. ō acq. re. do. Sic ergo remanebimus in dispositōe iuris cōis. vt sit domini soli si data opera vl a casu inuenit in suo. vt si data opa in alieno solo erit domini soli. si vero a casu erit medietas dīi soli. alia inuentoris. vt in. d. l. vnica. Luz ergo iste emptor sit dīs soli erit suus. ō hoc casus ē in. l. a tutore. iūcta glo. ff. de rei vēdi. vbi pecunia inuēta p modū thesauri cedit emptori. Secus si nō esset p modū thesauri vt murata ab aliq̄ in muro. vt dicit tex. in. d. §. Thesaur⁹ qz tūc nō eēt emptoris. Nec ob. q̄ vēditor ñ vēdit thesaurū. qz cōcedo. ʒ stamus i dispositōe iuris cōis. vt cedat dño soli. ⁊ hoc habeo p̄ dubitato si emptor nihil sciebat de thesauro ʒ si sciebat ⁊ p̄terea emit. tūc videt dubium. Nicolaus de lira sup̄ matℏ. xiij. in illa parabola ō thesauro. ⁊. San. Tho. xxij. q. lxvi. ar. v. videtur tenere quod licite ematur ⁊ de

subtilitate iuris ẽ verũ q̃ ꝑt licite fieri. ſz de equitate videret q̃ aliquã ꝓtez deberet dare vẽditori, vide de hoc ſi placz. qđ no. in. l. ſiqs cũ aliter. ff. de ver. ob. ſz quo ad ꝓſciẽtiã ex q̃ ſciebat videt inuenisse. ⁊ ſi a caſu. ſic media tas erit ſua. Si vero a ꝓpoſito. ſic totũ cedet domino ſoli. vt. d. l. vnica.

25 ¶ Cũ hoc ſit q̃ iura nõ cogãt reſcindere contractũ emptõis vl̃ ſupplere iuſtũ ꝑciũ. niſi q̃ deceptio ẽ vltra vl̃ citra dimidiã iuſti ꝑcij. vt. s. Dolus. §. ix. cui datur electõ tũc. R. q̃ q̃ ẽ vltra dimidiã electõ erit vẽditoris ſm Azo. ar. ⁊ ꝓrio q̃ ẽ circa dimidiã. tũc ẽ ẽptoris vt no. Ber. in. c. cũ. dilecti. ⁊. c. cũ cã de ẽp. ⁊ no. Pa. ĩ. d. c. cũ dilecti. q̃ ſi periret res ẽpta minus dimidia ꝑtis ẽptori. q̃ cũ duo ſũt in obligatõne alternatiue. vno ꝑẽpto remanet alĩ. l. plerũq̃. ff. de iure do. ⁊. l. ſtichũ. ff. đ ẽ bo. obli. Et idẽ dic q̃ ẽ plus vẽdita q̃ piret vẽditori ꝑ eã dẽ rõez. tamẽ ꝑdicti nõ tenẽtur niſi ad reſtituẽdũ id plus. quo vẽdidit. l̃ ſup plere illud minus q̃ emit vſq̃ ad iuſtũ ꝑciũ. ⁊ poterit agere deceptus vſq̃ ad xxx. ãnos ſiue agat ꝓditõe ex. l. ij. C. de. re. vẽdi. q̃ ꝓditõnes cũ ſint ꝓſonales ſunt ꝓpetue Diue ex eo ꝗctu. ſ. ex vẽdito. vt no. Pa. ⁊ Juno. in. d. c. cũ cã. Si vo ageret officio iudicis. vt volunt aliqui ſic non poſſet agere niſi vſq̃ ad q̃tuor ãnos. q̃ vſq̃ ad illud tps dat reſtitutio in integrũ. l. vlt. C. de in integ. re. Pa. cũ vbi. s. vl̃ q̃ etiã ſi agat officio iudicis det vſq̃ ad. xxx. annos.

26 ¶ Vtrũ mercator qui ſcit plures alios p⁹ ſe venire teneat nimis vẽdere q̃ ſit cõis extimatio. vl̃ dicere q̃ plures veniũt. R. tho. xxij. q. xxvij. q̃ nõ niſi de ꝓfectione.

27 ¶ Quid de mercatoribus qui inter ſe conueniũt vt vnus ſolus vẽdat. R. q̃ ſi hoc faciũt in leſiõez rei publice ſunt dãnandi ꝓpetuo exilio ⁊ bonis ꝑpoliãdi. vt. C. de mono. l. vnica. Secus ſi facerent ꝓpter aliquẽ bonũ finẽ q̃li ceret. de iſta materia bẽs ſup. Dolus. §. ix. ⁊ j. Negociatõ. ⁊ ſup. Eſrs. §. i.

28 ¶ Vtrũ ille cui datũ ẽ aliquid ad vendendũ ꝑ. x. ⁊ vendit ꝑ. xij. teneatur illa duo reſtituere domino rei. R. q̃ nõ. q̃ ſi illa duo ſunt vltra iuſtum ꝑcium tenet reſtituere ementi. ſm ea que dixi ſupra. §. vij. Si vero nõ exceſſit iuſtũ ꝑcium. ſed ſua induſtria habuit. ſic ſibi acquirit. Nec ob. q̃ dat ei certa merces ꝑ labore. q̃ illa dat. vt inueniat emptorem ꝑ. x. ⁊ ſic nõ tenet neceſſario reſtituere. Secus ſi daretur ſibi ſimpliciter vt venderet. q̃ tenet vendere meliori ꝑcio quo ꝑt. ⁊ totũ dare dño ex quo mercedẽ hz ꝑ laborẽ.

¶ Quid de vendente poſſeſſionẽ vl̃ emẽte. j. tales cõfines que eſt plus vel minus q̃ ſit dictum. vide ſupra. Donatio. §. xl.

¶ Queritur de. q. quotidiana vtr̃ valeat vẽditio ſeu alius cõtractus collatus in alterius arbitriũ. R. q̃ ſi eſt incerta ꝑſona cuius arbitriũ cõmittitur nõ valet. l. ſi merces. §. i. ff. locati. niſi in caſu q̃ ſimpliciter fuit ꝑmiſſũ in arbitriũ boni viri. q̃ tunc intelligitur in arbitriũ iudicis. l. vir bonus. ff. iudi. ſol. et ſic videt cõmiſſũ incertã perſonam Si vero ꝑſona cui cõmittit eſt certa. tũc licet varia ſit opio in. l. in ementis. C. de emp. ⁊ vẽ. tamẽ dic ſm di. Lucã de graſſis. in. l. ſi quis arbitratu. ff. de verbo. obli. q̃ ſiue ſubſtãtialia ꝗct⁹. vt puta ꝑciũ ĩ vẽditione ⁊ ſimilia. ſiue accidẽtalia puta vẽdit ſeruus ſi rões reddiderit ⁊ hmõi ꝑmittãt ĩ arbitriũ certe ꝑſone valet ꝗctus ſi ille voluerit arbitrari. nã ſic ſubſtãtiale vltie voluntatis poteſt ferri in arbitrium heredis l. ſi ſic. ff. de lega. i. ita in ꝗctibus. l. ſeruum q̃ filij. §. eũ. qui. ff. de lega. i. ⁊ pro hoc videt caſus in. l. ſi libertus iurauerit. ff. de ope. liber. vbi valet ꝑmiſſio liberti facta de operib⁹ ad arbitriũ patroni. ⁊ ſi male arbitrat⁹ fuerit poteſt cogi vt arbitret ſicut bonus vir. Sic ĩ ꝓpoſito q̃ ſi arbitrari noluerit vel ñ poteſt. ſic nõ valebit. §. ꝑciũ. inſti. de emp. ⁊ vẽ. Si vero mortu⁹ fuerit alt cõtrahẽciũ ſi fuit cõmiſſũ ſuper ꝗctu ꝑficiẽdo nõ poterit arbitrari. Si vero ſup ꝗctu ꝑfecto ſic nõ expirat ei⁹ arbitrium ſed ſicut cõtractus trãſit ad heredez. ita obligatio de ſtãdo arbitrio dicte perſone ſm Bar. in. d. l. ſi quis arbitrat.

¶ Quomodo autẽ cõtractus emptiõis ⁊ vẽditiõis reſcindat ꝓpter dolũ bẽs. s. dol⁹. §. ix vl̃ ꝓpter minoritatẽ ꝑcij. q̃ ẽ circa dimidiã iuſti ꝑcij. l̃ ꝓpter alias cãs. vide Jo. in ſũ. eo ti. ⁊ Azo. ĩ ſum. C. de reſcin. vẽ. q̃ pax ad cõfeſſores ſed ſufficit quod dictũ eſt.

Munitas. vide. j. Immunitas.

Normis iniuria quando dicat. R. c. cũ illoz. de ſen. excom. exemplificat ſi membrũ mutiletur. ſi effuſio ſanguinis fit Et intelligunt doc. ibidem quando effuſio ẽ in abundantia. ⁊ de membro de quo ſanguis de facili non exĩt. Item ſi in epiſcopum aut in abbatẽ vl̃ ꝓlatũ ſeu ſupiorẽ ſit iniecta man⁹. inſti. de iniur. §. atror. dicitur ſiquis vulneretur. Intellige ſi vulnus eget medicamine ci-

rugine vl emplastroꝝ. seu alioꝝ medicinaliuꝫ
fm Jonal. Jtē si quis fustibus cedit si in te
atro vel foro. aut in conspectu iudicis verbe
ret. Jtē fm alios si in ecclesia vel cimiterio.
aut dormitorio verberet. ar. de sen. ex. c. cū p
cā. xvij. q. iiij. q̄s. ⁊. §. q̄ aūt. Jtē si sacerdo
ti induto vestibꝰ sacerdotalibꝰ. C. de iniur. l.
atrocē. Dz breuit dic q iniuria dr enormis.
Primo ex psona ⁊ in iure nō habemꝰ exp̄ssuꝫ
nisi qđ dictū ē in. d. c. cū illoꝝ. ⁊ in. d. l. atrocē
⁊ insti. de iniur. §. atroꝝ. ⁊. ff. eo. ti. l. p̄toꝝ. §.
atrocē. vbi dr de magistratu parēte ⁊ patro
no ep̄o p̄lato ⁊ sacerdote induto. vt. s. dictuꝫ
ē. Scdo ex loco. vt puta si in cōspectu p̄toris
fiat seu p̄lati. vt in. d. l. p̄toꝝ ⁊ in teatro vel fo
ro. vt. d. §. atroꝝ. ⁊. l. sed ē questōis in p̄in. ff
de iniur. Tertio ex tpe. ⁊ hoc ē arbitrariū. vt
puta ludi k magne festiuitatis. Quarto ex re.
puta. ex vulnere. vñ dicit. l. Vulneris magni
tudo atrocitatem facit ⁊ nō nūq̄ locus vul
neris. veluti oculo pcusso. hec ibi. ff. de iniur.
ita incipit. Quīto ex modo. vñ dicit Pa. in. c
cū illoꝝ de sen. ex. q pcussio in ecclesia vel in
platea ⁊ excessus notorius dr enormis. d. §.
atroꝝ. ⁊ q ep̄s nō p̄t eū absoluere ex talibꝰ in
iurijs notorijs factis ecclesiasticis p̄sonis
i ¶ Sed q̄s hēbit arbitrari. an sit enormis iniu
ria. R. q ille qui hz absoluere ⁊ ligare an sit
sue iurisditōis. vt puta possit eū absoluere vl
ne. ar. c. sup̄ lēis de rescrip. ⁊. l. si q̄s ex aliena
ff. de iudi. Dz caueat vbi ius determinauit a
trocē ne ipse velit leuē. arbitrari. qz nō absol
ueret. sz decipet. Secus vbi ius nō determinat

Episcopus grece latine speculatoꝝ
interpretat. vt dr. xxi. di. c. cleros. ⁊.
viij. q. i. q̄ episcopatū. Speculare esti
debet mores ⁊ vitā populi sibi subiecti ⁊ ītē
dere ad eoꝝ salutē. Vnde ep̄s hec negligens
ē in peccato mortali ⁊ dr canis īpudicus. ij. q
vij. qui nec. ⁊ dz lectōi ⁊ orōi vacare. vt in. c.
epi ibidē nec dz hēe familiaritatē p̄ui homīs
vt in. c. puenit. eadē cā. ⁊. q. immo p̄sbyteros
diacones. clericos. boni testimonij debet pe
nes se habere. vt in. d. c. epi. ⁊. c. cū pastoris ⁊
de conse. di. i. c. ep̄s deo.
i ¶ Dtrū principalius debeat intēdere multi
plicatōi tpaliū. R. Tho. in quol. q nō. sz ei⁹
p̄pria ⁊ p̄cipua cura dz eē circa custodiā gre
gis sibi cōmissi orādo. p̄dicando. sacramēta
dispēsando. ⁊ sua. iuxta q res exigit erogan
do. Nōt tū intendere multiplicatōi tpaliū
ad vtilitatē ecclie qñ oportunitas adest ⁊ fi
eri possit sine dāno spūaliū notabili. alꝫ non
Alle. aūt sa se ti. de auaritia. dicit q ep̄s non
p̄t cōgregare ad sui tuitōem. siue ecclie. sicut
rex p̄t. sz dz puertere res ecclie in vsū ecclie q
facit pauperibꝰ dādo. R. nō ē. qz rex ad hoc cōsti
tutꝰ ē. vt subditos in pace teneat ⁊ defendat
ab aduersarijs. ⁊ iō p̄t ad hoc p̄gregare. non
sic ep̄s sed vt faciat bonū ecclie. qđ facit dan
do paupibus. facit. xij. q. ij. aurū. Nō tz Tho
sa se. q. clxxxv. q si bona ecclesiastica n̄ dispē
sat in pios vsus. sz notabiliter deficit. peccat
mortalit. Secꝰ si in modico deficiat. Addit
tū q si necessitas nō imineat p paupibus q p̄t
reseruare in futurū. vl emere possessiones vt
tpe necessitatis. puidere possit Bona ꝛo pa
trimonialia p̄t tenere ad libitum.
¶ Dtrū liceat appetere episcopatū. R. q nō 2
vij. q. i. qui episcopatū. ibi dicit. locus superi
or sine quo populus regi nō p̄t. ⁊ si ita retene
at atq̄ ministret vt decet. tū indecēter appe
tit q̄ obrē ociū sanctū querit gr̄a veritat. ne
gociū iustū suscipit necessitas charitat. quā
sarcinā si nullus īponit. p̄cipiēde atq̄ intuen
de vitat vacāt. ē. Si āt īponit suscipiēda ē
p̄pt charitatis necessitatē. Dz nec sic oio veri
tatis delectatio deserēda. sz subtrahat illa su
auitas vt non opprimat iusta necessitas. hec
Aug. Ex q̄ pz q appetit illicite. Et qñ sit mor
tale vide. s. Ambitio p̄mo ⁊ oblatus recusat
cū peccato mortali si ē dignus. ⁊ eque dignꝰ
nō ē cui debeat dari. Facit sīr ad hoc in scri
pturis ca. cā. ⁊. q. vide. s. Electio. §. xxx.
¶ Quā iurisditōem habeat. vide de of. or. p. 3
totū. qz ad confessores nō p̄tinet.
¶ Dtrū ep̄s possit p̄cedere auctoritatē non 4
ep̄is quā ipe hz. R. Pa. in. c. accedentibꝰ de
excess. p̄la. q nō ea q̄ spectant ad ordinē ep̄a
lē sicut ordinare. crismare cōsecrare. ⁊ silia.
vt in. c. aqua de cōse. eccle. vl alta. Ea vero q̄
spectāt ad iurisditōem ep̄alē bene p̄t sicut co
gnoscere de causa matrimoniali. imūgere pu
blicā penitētiā. p̄cedere indulgentiā. iudica
re de clericis ⁊ hmōi. vt. xvi. q. ij. visis. p̄teri
signia. vt vsus mitre. ⁊ pontificaliū quę so
lus papa p̄cedit. ar. c. vt apostolice. de p̄bile.
li. vi. ea etiā q̄ sunt iurisditiōis p̄t p̄cedere. q̄
uis nōdum sit consecratus nec sacerdos. fm
eundem Pa. vbi. s. post. Jo. an. ⁊ Calder. vt
ibi notat Pan.
¶ An quibus p̄t episcopus dispensare. vide 5
s. Dispensatio. §. v.
¶ Dtrū ep̄s cadat in penā suspensionis aut 6
interdicti. R. q nō ex nulla ꝯstitutōe. nisi in
ipa de ipis episcopis fiat spālis mentio. Si

militer nec eoꝝ ſuꝑiores. vt in. c. qꝛ ꝓiculoſus de ſen. ex cõ. li. vi. Idẽ dic de ſuſpẽſiõe a beneficio a iure poſita. vt in. c. ſi cõpromiſſarij. ff. hmõi. de elec. li. vi. Secus de excõmunicatõe. vt notat in. d. c. qꝛ ꝓiculoſum

7 ¶ Utrũ eꝑs poſſit diſpenſare in pluralitate bñficioꝝ. vide. s. Beneficiũ. ff. xxxviij.

8 ¶ Utrũ executõe deuoluta ad eꝑm ꝓpter negligẽtiã executoris teneat epiſcopus ſeruare formã quã tenebant executores. ff. Bar. ni. l. ſi puellã. C. ſi man. ita fu. ali. q ſic. a fatex. in. cle. i. de ſupplen. negli. prelato. a quod no. Jo. an. in. c. publicato. de. elect.

9 ¶ Utrũ mortuo epiſcopo expiret officiũ vicarij. ff. Pa. in. c. i. ne. ſe. vacã. q ſic. vt no. glo. in. cle. fi. de ꝓcura. Idem videt de officio prioris cõſtituti ab abbate mortuo abbate. ar. ex. no. i. d. cle. fi. Secus ſi ꝓſtitutus eẽt ab abbate cum capitulo. ar. c. ij. de ſta re.

10 ¶ Epiſcopus i ſinodo dꝫ cõſtituere aliquos idoneos viros ꝑ totã dioceſim, quos debꝫ iuramẽto aſtringere ad denũciãdum ſibi vel ꝑ eum miſſo quicquid ꝓpenderint fieri cõtra volũtatẽ dei a totã chriſtianitatẽ. quod pertineat ad iuriſditõem eccleſiaſticam vt habetur in. c. epiſcopus in ſinodo. xxxv. q. vi. a tales appellanẽ teſtes ſinodales.

ii ¶ Epiſcopus poteſt cogere religioſos mẽdicãtes vt vadãt ad ꝓceſſiones. c. nimis ꝓraua. de exceſ. prela. Ex quo tex. dicũt doc. q ex q̃ ꝓhibeẽt eis ne ex leui cã compellãt eos ire ad ꝓceſſiones, ſequitur q ex magna a graui cauſa poſſunt vtputa nouo introitu epi, vel legati vel imineẽte peſte aut alio flagello. vt in generalibꝫ letanijs que ſunt tres dies rogatõm. ff. no. Pa. in. c. dilectus. de offi. ordi. Qõ ẽ vez niſi ſpeciale priuilegiũ habeant.

21 ¶ Eꝑs in eccleſijs baptiſmalibꝫ dꝫ ordinare magiſtros qui doceãt pueros in ſtudijs liberalium q artiũ aſſiduevbi neceſſitas occurrerit. xxxvij. di. dequibuſdam.

¶ Epiſcopus ſingulis ãnis ſinodũ teneat ad

13 monendo clericos ꝓſtitutões legẽdo. a laicis ꝓdicando. vt. x. q. i. placuit. Itẽ ſingulis ãnis ſi põt viſitet oẽs eccleſias. monaſteria. a hoſpitalia ſibi ſubiecta.

14 ¶ Eꝑs teneẽ deputare in eccleſijs cathedralibꝫ a aliꝫs quẽtualibus viros idoneos ad pdicãdũ a ꝓfeſſiones audiẽdum aliter peccat mortaliter. ſiẽ qñ ipſe nõ ꝓpter amplitudinẽ dioceſis vel alia occupatõe. teneẽ brẽviros potẽtes in opere a ſermone qui viſitẽt a doceãt vice eorum plebes ſibi commiſſas a eis prouideant de ſuſtentatione. vt in. ca. inter ceteꝛa. de offi. ordi.

¶ Eꝑs dꝫ quos vult ordinate inquirere primo de etate debitaq ad illũ ordinẽ. dic vt. ſ. Etas. a de litteratura. Nam ordinãs ſubdiaconũ vel diaconũ qui neſcit officiũ videt peccare mortaliter. qꝛ ꝑbet ei cauſam peccandi mortaliter. Quantũ vero ad illos quos ꝓmoueat ad curã aiarum q̃ habeant ſcientiã neceſſariã. de quo. s. Confeſſio. iij. ſ. iij. alꝭ peccat mortaliter. Itẽ nõ ꝓmittat q notarius petat ſalarium in ſcribendo ordinãdos. qꝛ ꝓhibitũ eſt. i. q. ij. ſicut eꝑm. intellige fm gloſã ibidẽ quando eſt ſalariat⁹. alꝭ poteſt accipere aliquid dummodo epiſcopus non participet in lucro licet contrariũ teneat glo. ibidẽ.

¶ Eꝑs põt querere ō titulo beneficij ſui ſubdiri ſi non conſenſit in eum. vt voluit. Federi. conſilio. xcviij. a idem dic de quocũq alio cuius intereſt.

¶ Epiſcopus eccleſiaſtica officia non debet cõmittere ꝓpinquis. nec adminiſtrationez rerũ eccleſiaſticarũ. vt in. c. iudicatuz eſt nobis lxxxix. diſtin. cum. c. ſe. ſed hyconomus dꝫ eẽ clericus honeſte vite. vt probatur ea. diſtinc. per totum.

¶ Eꝑus in conferẽdo beneficia dꝫ attendere vt det dignis. aliter peccat mortaliẽ fm Tho a Alber. in. iij. facit quod no. lxi. diſtin. ca. in ſacerdotibus.

¶ Eꝑus in publico debet lineis vti. niſi ſit religioſus. ſuꝑ indumẽtis. vt in. c. clerici officia de vi. a bone. cle.

¶ Eꝑs tpe interdicti põt celebrare a celebrari facere vbicumq. a audire diuina. vt in. c. fi. de ꝓuil. li. vi. Quod limita. vt in. c. nõ nullis. de ꝓuil. ſ. interdictis excluſis. ſub miſſa voce ianuis clauſis. a cãpanis nõ pulſatis. a ipſe ſpecialiter nõ ſit interdictus, vel nõ fuerit cã ipſius interdicti.

¶ Eꝑs põt vbicũq cũ altari portatili celebrare a celebrari facere. d. c. fi.

¶ Eꝑs nõ ſeruãs canones vel nõ faciẽs ſeruarẽ ꝑiurus. no. Pa. in. c. ego. de iureiurã. allegat glo. in. c. ſacerdotes. el. i. ij. q. vij. q̃ dic q a plato nõ ſeruãte canones põt recedi ſicut ab excõicato recedit a ꝑciſo. Qõ intelligit dictus Pa. verũ qñ ex ꝓtemptu non ſeruat nec ſeruari facit. alꝭ ſecus

¶ Utrũ eꝑs ꝑ ꝓcuratõe ſui corꝑis poſſit fugere. ff. fm. S. Tho. ſecũda ſecũde. q. clxxv. ar. v. q vbi ſubditoꝝ ſalus exigit ꝓſone pñtiã nõ põt fugere ꝓpter aliqõ dãnum tpale vel coꝛ-

porale. Imo tenet sicut bonus pastor animam ponere p ouib⁹ suis. Vbi vo sufficienter in absentia p aliū posset saluti subditor⁹ prouideri. tūc licite posset fugere nec ē mercenari⁹ tūc. Hoc idē ptz in.c. sciscitaris. vij.q.i. vide. Anno. in c. nisi. de reuū. ⁊ glo. in. §. hoc totū. vij.q.i.

24 ¶ Episcopalis dignitas liberat a cōditione seruili ⁊ ascriptitia. liij. di. si seru⁹ sciēte. el. ij. ⁊ etiā a ciuili ſm canones. vt tenet glo. in di.c. si seruus.

25 ¶ Epus si habet iurisdictōez tēporalē in aliquo loco, dz constituere iudicē laicū qui in cā pcipue criminali faciat iusticiā. ⁊ pōt etiā in speciali sup aliq̄ maleficio delegare vt faciat iusticiā. ⁊ nō efficit irregularis. dūmodo per suā responsionē neq̄ directe vl indirecte iudicet iudici q̄ debeat penā sanguinis irrogare ſz solū in genere q̄ faciat iusticiā ⁊ q̄ si dubitat cōsulat pītos. iudex aliter eēt irregularz c. ex lr̄is. de exce. pla. Tenet tū Rodo. q̄ etiā pt dicere q̄ puneat reū ſm q̄ ius vult. dūmō nō exp̄mat de morte vl de mutilatōe. vt etiaz no. Hugo. dist. iij. c. oīs aūt lex. p̄sens nō debz eē vindicte sanguinis. vt in dicto. c. ex lr̄is

¶ Vtrū epūs peccet mortaliter respōdēdo 26 in ordinatōe sua cū interrogat vtrū sciat nouū ⁊ vet⁹ testamētū. q̄ scit. R. ſm Ric. in q̄. iij. q. xxiij. q̄ sic. si ē ita ignarus q̄ nesciat in generali mādata dei. articulos fidei. x. tures ⁊ vitia. etiā sacramēta. q̄ tūc mētē permitōse Si vero nō ē ita ignarus qui sciat vet⁹ ⁊ nouū testamētū quātū ad ea q̄ necessariū ē scire p̄lato. ⁊ sine quoz scientia nō p̄t cōuenienter exequi officiū suū. tūc nō credit q̄ peccet mortaliter. ſz in alijs sit indoctus. q̄ videt q̄ consuetudo sic solum velit.

27 ¶ Vtrum religiosus p̄motus in ep̄m teneat ad obseruantias regulares. R. q̄ sic. vide. j. Monachus. §. vij. ⁊ religiosus. §. xxiij.

a ERrare ē aliō p alio putare. Dñ aug xxxviij. di. in. c. q̄uis inquit. Quisq̄s se existimat scire q̄d nescit p̄ vo quippe approbat falsum quod erroris ē p̄prium. Ad idē. xxij. q. ij. in quibus. Et ideo in. d. c. q̄uis. dz q̄ nō est consequēs vt continuo erret quis quis aliquid nescit.

1 ¶ Vtrū error sit peccatū. R. q̄ in his q̄ non pertinēt ad regnū dei capescen. vel nō sic non est peccatum. aut si est. minimū est. vt in. d. c. in quibus.

2 ¶ Errātes nō videtur consentire. l. nihil cōsensui. ff. de re. iur. Rō habet. j. Matrimoniū iij. Impedimento. iiij. in. in p

¶ Error iuris an excuset a dolo ⁊ consequenter a pena q̄ debetur p̄pter dolum. R. q̄ sic. vide. s. Dolus. §. i. 3

¶ Error cōmunis aliq̄n facit ius. ar. p̄ cc. dic. c. ecce ego. quasi in fi. ⁊ in. l. barbarius. ff. de offi. p̄eto. 4

¶ Errorē suū quilibet debet corrigere. xxxv q. ix. §. q̄ ergo. ⁊. §. sequenti. 5

¶ Error quādo dicat intolerabilis. R. quādo aliquid cōiter vl in suo genere ē peccatuz vt in. c. venerabilibus. §. p̄t. de sen. ex. lib. vi. Vel si contineat aliq̄d impossibile vt in glo. c. per tuas. de sen. ex. vel contra ius. vel legez vel excōmunicet. q̄ bonū fecit. puta elemosynam. vide in. d. glo. 6

¶ Erubescentia de bono ē peccatū. et filia accidie. ⁊ contingit quadrupliciter. Primo cū erubescit de defectu nature. vt puta q̄ ē claudus ⁊ hmōi. ⁊ hoc est peccatū si ē nimia. l. vi. di. nasci. ⁊. c. nūquam erubescamus. Secdo cū erubescit dicere veritatē. vt p̄dicare. testificari. corrigere. Et hec aliquādo ē mortalis si nō facit quando tenet de p̄cepto. Tercō cū erubescit confiteri mortalia peccata ⁊ si omittit p̄pter hoc mortalis est. Quarto cum erubescit ieiunare. orare. et hmōi. ne dicat sanctus ⁊ hoc ē peccatū veniale quādo omittit non necessaria. secus quando necessaria. q̄ mortale.

¶ Etas determinata requirit in multis necessario a iure. ita q̄ nō tenet gestū ante. Et primo in sponsalibus. vq. annorum completorum. vt in. c. vnico. de despō. impu. li. vi. i

¶ In matrimonio vero. xij. annorum in femina. et. xiiij. in masculo. nisi malitia suppleat etatē. q̄d tūc est quando sunt potentes ad coeundū sic. vt not. in di. c. vnico. In voto religionis seu p̄fessione fienda requirit. xij. In muliere. xiiij. In masculo completus. vt habet de muliere in. c. cum virum. de regula. et in. c. puelle. xx. q. i. ⁊ in. c. puella. xx. q. i. de masculo. in. c. significatū. de regula. ⁊ in. ca. i. de regula. lib. vi. fallit in casu de quo. j. Nouitius. §. ij.

¶ In ordinib⁹ capiēdis p̄me tonsure est. vij annoz cōpletoz. vt in. c. in singulis. lxxvij. di ⁊ etiā triū minoz ordinū. vt in. d. c. in singul. ⁊ quicūq̄ conferret ante p̄dictā etatē minū religionē intraret suspensus est ipo facto p̄ annum a collatione eiusdē ordinis. de tem. or. c nullus. li. vi. Acoliratus post. xij. annū vt in. d. c. in singulis. Subdiaconatus ē. xvij. annus 2

inchoatus. Diaconatus vero .xx. Presbyteratus .xxv. vt in de. generalē. de eta. et qli. ordi.

Si tñ ordinetur ante dictam etatē qs: suscipit quidē caracterē ordinis. sed nō executionē vsq; ad cōpletū tps. vt no. in. d. cle. generalē. nec eps pt dispensare. vt ibi no.

¶ In bñficijs regularib⁹ i abbatissa .xxx. annoz cōpletoz. sicr et in priorissa: seu matre. vl ministra q̄ habet regere monasteriū. vt in. c. i demnitatib⁹. de elec. li. vi. In abbate .xxv. annoz inceptoz. per. c. cum in cunctis. in. f. inferioza. de elec. vbi regulariter ad quālibet dignitatem obtinendā requirit illud tps: licz nō de abbate sit aliqd spāliter expressuz. In priozatu collegiato. i. q̄ habeat sub se collegium xxv. annoz inceptoz. ar. cle. ne in agro. f. ceterū. de statu regu. In priozatu vero nō cōuentuali si habet curā animaz: quā habeat per se exercere requirit .xxv. ānoz inceptoz. qz opoz tet sit sacerdos. secus si nō habet q̄ se exercere. tunc sufficit etas .xx. annoz cōpletoz. d. f. ceterum. In priozatu autem qui nō habet curam animarum requiritur etas .xxiij. annoz cōpletoz. quia oportet sit professus. c. nullus. de elec. li. vi. Et ita tenet Ba. in. c. supq̄ inordinata. de pben. licz Fede. dicat sufficere etatē .vij. annoz. cui nō credo. qz oportet sit pfessus i religione. vt dictū est in beneficijs secularibus q̄ habent dignitatē. In episcopo .xxx. annoz cōpletoz. c. cum in cunctis. de elec. Inferioza vero episcopatu requirūt q̄ attigerit .xxv. annū. d. c. cum in cunctis. f. inferioza. Ēps tamē potest dispensare in dignitatibus vel psonatib⁹ curā animarū nō habentibus. vt .xx. annum cōpletum habeant. c. permittimus. de eta. et qua li. li. vi. In beneficijs vero simplicibus sunt opiniones. sed mihi placet opinio Calde. quā sequitur Ba. in. c. supq̄ inordinata. de pben. q̄ si beneficium sonat in nomen rectozie. vt puta quia est ecclesia vel capella q̄ se stans habens ad regimē clericū: tūc requirit etas .xxij. annoz cōpletoz. vt in. c. indecoz. de eta. et quali. ordi. qz q̄ nescit se regere nec ecclesiā. Si vero nō sonat rectoziā sed est bñficiū in ecclesia tūc si requirit maturitatē cōsilij. vt in canonicatu ecclesie cathedralis. Hosti. et Archi. tenent q̄ requiritur etas .xiij. annoz. qz ante nō pt iurare sapientiū tractare: sicut dicimus in milite volente testari ante illam etatē. in. l. licet. ff. de te. mili. Si vero nō requirit maturitatē psilij tūc vij. annoz est etas: et ista sunt bñficia in multis ecclesijs q̄ clericis pueris.

4 ¶ In electionibus monialiū requiritur etas xij. annoz cōpletoz: aliter nulla admittit ad eligen. vt i. c. idemnitatib⁹. de elec. li. vi. In iuramēto q̄ testimonio requirit pubertas. vt no. in. c. quuli. xxij. q. v. et in. c. testes. iiij. q. iij.

¶ In testamētis q̄ multis alijs q̄ omitto: qz ad nos nihil requirit pubertas in electōe sepulture requirit q̄ ad annos pubertatis pueniat. ar. c. licet. de sepul. li. vi. Quō cognoscet q̄n requiritur etas ꝓpleta q̄n de mēte ignoraī statuentis vel disponētis. Rndit Bar. in. l. si cui ff. de le. i. q̄ q̄n etas ꝓferit in genitiuo requirit q̄ cōpleta sit: in ablatiuo cū ꝓpositiōe in. sufficit sit inchoata: sine ꝓpositione requiritur cōpleta. cle. i. de se. pos. In accusatiuo cū verbo significante rē pfectā: vt ꝓpositio. q. vel cū futuro cōiunctiui requiritur cōpleta. l. nō putabam. et. l. si in annos. ff. de cōdi. et demon. sine tali verbo si de fauore agit. sufficit inchoasset si de odio requirit cōpletus. l. ad rem publicā. ff. de mu. et ho. In accusatiuo cū ꝓpositiōe ad sufficit inchoari. l. qui filiū. ff. ad trebel.

Vagatio mentis est filia accidie: qz ꝓpter tediū boni opis euagat varia cogitando vt ipm tediū euitet. et hec inducit ad multiloquiū q̄ vaniloquiū: et audieñ. noua. et facit instabilem in loco que tunc sunt mortalia. cum fit per predicta cōtra aliqō preceptum alias veniale. hec ex sancto Tho. fa se q. xxxv. In oratione autē an sit peccatum. vide Oratio. f. r.

Euangelium legens sacerdos vtitur stola sicut diaconus .xxij. di. ecclesiastica. Euangelium nō sedendo vel genuflexo sed stando audire debemus. de conse. di. i. apostolica.

Eucharistia. i. bona gratia ab eu q̄d est bonū. et charis gratia. et sic notat fm q̄ cōtinet realiter xpm qui est plenus gratia. secūm vero quod est signū rememoratiuū passionis xpi: que fuit sacramentū verū dicit sacrificiū. secundū aūt q̄d est signū demōstratiuū vnitatis ecclesie cui hoies aggregant ꝓ ipam dicit cōmunio. put vero est pfiguratiuū diuine fruitionis: q̄ est in pria dicit viaticū quia pbet nobis viā pueniēdi ad illam. vel qz datur transeuntibus de hac vita ad ipm xpm. vnū tamē est secramentū in q̄ sunt tria. s. spēs visibilis. corpus xpi verū. et corpus xpi mysticū. s. ecclesia. et fm q̄ dicit Hug. Primū est signum secūdi et tercij. Secundum est res et signum et causa tercij. Terciū est res secūdi. vel veritas primi. de quo de cele. missa. i. c. cū Marthe. f. distinguendum est.

1 ¶ Que ē materia debita huius sacri. ℟. q̄ panis triticeus et vinū vitis vsus enī bn̄ sacri est refectio q̄ ad sui integritatē cibū et potū requirit. Significatio etiā ei⁹ ē duplex. vna passio xpi in q̄ sanguis fuit separatus a corpe: alia ē cibatio corpis ⁊ aīe: et ꝓpterea ꝓpter cōuenientiam vsus et significatōis duplex materia exigebatur.

2 ¶ Utr̄ possit cōfici de pane farris et spelte vl siliginis. ℟. ly aliq̄ dixerit q̄ sic. tu añ tene q̄ nō p̄ cōfici nisi in pane triticeo. i. frumenti. fm Sco. in. iiij. dist. xi. et cōiter theologos.

3 ¶ Utrū in pasta facta de tritico possit cōfici. ℟. fm Sco. vbi. s. q̄ nō.

4 ¶ Utrū possit cōfici in pane corrupto. ℟. q̄ nō. qñ tanta est corruptio q̄ panis species solvunt: sicut qñ ꝓtinuitas soluit: ⁊ sapor ⁊ color et alia accidētia mutant. sec⁹ si esset aliq̄ dispositio solū ad corruptionē quā declarat aliqua immutatio sapōris. q2 sic p̄t cōfici.

5 ¶ Utrū in amido possit ꝓfici. ℟. Sco. vbi. s. q̄ multo ꝓbabilius est q̄ nō. ideo peccat et iudicio meo grauiter. q̄ ex tali materia ꝓficit scienter siue q̄ p̄parat: ille añ q̄ ꝓficit ignorāter licz nō cōsecret: tñ nō est idolatra fm Sco. vbi. s. nec idolatrare facit: q2 q̄tū in se ē materiaz esse idoneā et ab alijs adorandā supponit.

6 ¶ Utr̄ possit cōfici in pane fermētato. ℟. fm Sco. in. iiij. dist. xi. q̄ sic. et tex. est in. c. lras. de cele. miss. et in. c. in sacro. de ꝓse. di. ij. sed graui ter peccat latin⁹ si celebrat i fermētato. ⁊ vt dicit Sco. forte etiā grec⁹ grauiꝰ peccat ꝓpt multa que adducit ibidez. sed maxime q2 christus in azimo cōsecrauit.

7 ¶ Utrū possit ꝓfici in pane facta de aq̄ rosea vel endiuie ⁊ hmōi. ℟. q̄dā theologi i. iiij. di. xi. tenēt q̄ nō p̄t ꝓfici ō pane facto ex quocūq̄z alio liquore: sed oportz sit fact⁹ de aq̄ vera alr vere panis nō esset. Alij añt theologi tenēt q̄ p̄t cōfici. q2 aq̄ ipa nō requirit vt maneat i specie ꝓpria. imo mutat i naturā aliā. ly ego credo q̄ nō p̄t. q2 xps cōfecit in pane facto ex aq̄ naturali. et sic serua.

8 ¶ Utrū si grana alteri⁹ generis admisceant cū tritico possit ꝓfici. ℟. fm cōiter theologos in. iiij. di. xi. q̄ si admixtio sit p̄dominās vel eq̄lis est virt⁹ in vtroq̄z miscibilium q̄ nō p̄t cōfici: q2 mutat species ⁊ cognoscit ex colore p̄cipue et sapore. Accidētia enī magnā ptē ꝓferūt ad cognoscendū qđ qđ est. primo de aīa. sec⁹ si nō est equalis admixtio q2 cōfici p̄t.

6 ¶ Circa materiā vini q̄rit vtrū possit cōfici de alio vino q̄z de vino vitis. ℟. fm cōiter doc. iiij. di. xi. q̄ non. et rō potissima: q2 sic christus instituit. Lu. xxij.

10 ¶ Utrū possit cōfici in aceto. ℟. Jn. de officio misse dic q̄ sic: ly fm theologos. maxie R. i. in. iiij. di. xi. dic q̄ nō p̄t. q2 vinū ⁊ acetū differūt fm ꝓm. viij. methaphisice. sic vinū et mortuū. Jn vino tñ fm R. i. vbi. s. et cōiter alios qđ accedit ad accedinem manēte tamē adhuc forma substantiali vini p̄t cōfici. Jdē dic q̄ñ putrescit ꝓfecta putrefactione que redire non p̄t ad cōplexionē vini q̄ nō p̄t cōfici: si vero sit in via ad corruptionē p̄t cōfici: sic⁹ si vino sit cū sapore vinoso sapor aromaticus: vel pontic⁹ vl acerb⁹ ex min⁹ ꝓfecta digestione vini.

¶ Utr̄ in agresto possit cōfici. ℟. q̄ nō: q2 nihil recipit spēm nisi sit in termino sue generationis: et ideo nō est vinū.

¶ Utrū in musto possit cōfici. ℟. q̄ sic. si ē expressum extra vuā sed nō in eo qđ ad hoc cōtinetur i vua matura. ar. de cōse. di. ij. c. didicimus. et. c. se. et hec est verior opinio: q2 sic non est sub specie potabili sed potⁱ edibili.

¶ Utrū possit cōfici in pusca seu in aq̄ vinata seu in aqua supfusa sup acervos vuarū postq̄ vinū est expressum aut in aq̄ rubea in qua loc⁹ est pann⁹ vino rubeo tinctus. ℟. fm cōiter doc. q̄ nō qñ tollit virtutē vini aqua addita: facit de cōse. di. ij. c. cum omne. et de cele. missa. c. ꝓnitiosus.

¶ Quid si aq̄ equaliter misceat vino. ℟. R. i. vbi. s. q̄ aut fit fm q̄titatē equalē molis aut fm ꝓportionē equalē virtutis. ꝓmo mō nō tollit spēm vini q2 est magz actiuū q̄z aqua: nec tñ vinū posset cito in sui naturā aquā ꝙuertere: et ideo sola vini substātia trāsubstantiaret i sanguine. scdo mō generat tercia natura. ex duobus q̄ nec ē vinū nec aq̄ sed nō statim. q2 natura nō opatur i instāti: q̄uis earū termini sint in instāti. et ideo tam cito posset sacerdos cōficere post talem appositōz q̄ illud qđ fuit vinū cū adhuc nō esset trāsmutatum ad ꝓpositionē nature tercie ꝙuerteret in sanguinē xpi. Si tñ añq̄z ꝓferret x̄ba ꝓsecratōis essz tercia natura ꝓstituta nō posset ꝓfici sanguis xpi: q2 spēs ꝓponētiū ex qb⁹ ꝓ essentiā ꝓstituit vnū in cōposito nō remanēt fm essentias nisi forte diminute: vl fm qđ qđ dico ꝓpt opinionē illoz q̄ dicūt eas manē icōpletas. Aduerte q̄ ly vt dicit possit ꝓfici i materia panis ⁊ vini qñ admixtio vl corruptio nō tollit virtutē ipoz tñ peccat q̄ sine necēitate ꝓficit ꝓterq̄z i pane triticeo puro ⁊ icorrupto. et sic⁹ i vino ñ acetoso ⁊ purificato ꝓpter irreuerentiā sacri fm oēs doc. in

iiij.di.xi.

15 ¶ Utrū debeat aqua admisceri in vino cali-
cis. R.q sic.c.lras.de cele.mis.et de pse.di.ij.
c.i.et.c.omne crimē.et ḡre hoc.vide ibidē.q in
16 c.cū marthe.de cele.mis.
¶ Sed nunqd sufficit q fuerit apposita in do-
lio R.s.Bo.i.iiij.di.xi.q nō.ſz tūc dz apponi
17 qñ sac̄ mysteria ichoant eē si alr fuisz posita.
¶ Quid si omittat R.q nihilomin⁹ cōficit.
de cōse.di.ij.scriptura.ſz peccat mortalit qui
sciēter eā nō apponit.ar.c.lras.d cele.mis. qui
vero omittit ex negligētia ex ß q habuit dili-
gentiā semiplenā peccat venialiter:ſz grauit.
qz ḡtū istud sacm̄ pcellit alia sacra q opa tm̄
in eo magis ḡ in alijs negocijs pponderat ne
gligētia fm.s.Bo.in.iiij.dis.xi.Si aūt omisit
ex negligentia eo q nullā diligentiā adhibuit
18 mortaliter peccauit fm Alle.
¶ Que aq̄ dz apponi R.q sola aqua natura-
19 lis.c.in quadā.de cele.missa.
¶ In quāta ḡtitate.R.q ſz aliq̄ canoniste
alit dicāt.tu dic q modica aq̄ dz apponi maxi
me si vinū est debile.vt sic quertat i vinū fm
pbabiliorē opinionē q esse nō posset nisi esset
modica appositio.alr si apponeret i tāta ḡti-
tate q soluerēt spēs vini n ꝓficeret vt dictū ē.
20 ¶ Quid fiendū in illis ptib⁹ vbi vinū hēi nō
pt R.q papa pōt dispēsare vt sine sanguine
corp⁹ xpi ꝓficerēt:ne ꝓpt defectū sacri incurre
rēt maximū damnū:cū corp⁹ nō sit sine sangui
ne in hostia.et ideo papā adeant.
1 IVs patronatus est ius honorificum oneroſum et vtile alicui cōperens in ecclesia. p eo q̄ de diocesano cōsensu eam cōstruxit fundauit vel dotauit ipe vel is a quo causam habuit ſm Jo. an. et Pa. in Rica. de iurepatro. et dicitur honorificum. q̄ habent honorē ꝓsentandi rectorē. q̄ sine eius ꝓsentatione si epus vel alius plātys instituit ipo iure est nulla. per. c. decernimus. xvi. q. vij. tenet Jo. an. in. c. ij. de offi. vica. lib. vi. nisi q̄ patronus fuisset negligēs in pñtando. q̄ ela pso tpe bene instituit. Papa vero bene posset sine pñtatione patroni. et sic r. legatus de latere si patronus sit ecclesiasticus. nō tñ posset p dictus legatus si esset secularis. vide glo. ī cle. plitteras. de ꝓben. et iste est casus. c. cum dilectus. de iurepatro. oneroſum dicit. quia patronus tenet defendere ecclesiā ne bona indebite dilapident. xvi. q. vij. filijs. Dñ pñtatus tenet reddere rōem de administratōe patrono. Intellige si patronus est ecclesiasticus nō secularis. vt no. in. c. cū et plantare. de priui. et Pa. in. c. ex litteris. et. c. cū ꝓpter. eo. ti. Nō tñ valde stricte dicēdo quid expendat quotidie ſz in genere. Ita no. Pa. in. c. ex lēis. de iure patro. Utile dicit etiā q̄ si veniret ad inopiam tenet ecclesia ex redditibus. vltra necessaria remanētibus alimētare patronū pinguius q̄ alios paupes. c. quicū q̄. el. ij. ea. cā. et. q. et. c. nobis. in fi. de iure patronatus. Et nota q̄ ius patronatus habēs aliqñ dr patronus aliqñ aduocatus et vicedominus custos guardiā habēs ex frequentationis vel ꝓcessionis ſm Ho. c. ꝓterea. eo. ti. et in. c. in singulis. in fi. de sta. mo. et ideo supponūt p eodē.

¶ Quibus modis acquirit ius patronatus. i
R. q̄ ex tribus. Primū q̄ fundauit ecclesiā. i. fundū ad edificandū dedit. d. c. nobis. et. c. abbatem. xvij. q. ij.

¶ Secundū est ex ꝓstitutōe ecclesie. c. monasteriū. xvi. q. vij. q hoc intellige si facit de cōsensu 2
episcopi. cum alio mō ecclesia fieri nō debeat. de cōse. di. i. nemo. de iure patro. qñi. et. c. nobis sicut. xvi. q. vij. filijs.

¶ Sed quid si ad refectionē dedit. R. q̄ nō acquirit ius patro. ſm Lau. ar. ff. ne q̄d in lo. pu 3
blico. l. i. ſ. vicinales. qō vez est qñ nō est oīno destructa. Secus si fundit⁹ erat destructa q de cōsensu reparauit q̄ par inde est. ac si de nouo fecisset. de iude. cōsuluit. et in auē. vt null⁹ fab. oratorij. dom. ſ. i. sed primus qui edificauerat amittit ius patronatus si nō dederat fundum vel ſm glo. in. c. quoniā. eo. dotem. etiā si de eadem materea sit reparata.

¶ Terciū est ex dotatōe. d. c. filijs. et. c. quicū 4
q̄. ibidē. Et hoc intellige de dote data ante cōsecrationem. quia post cōsecrationē nō induceretur. q̄ nulla seruitus rei sacre ꝓt imponi. ff. de serui. l. seruitutes. la. ij. ſ. vlti. et qō humani iuris desinit esse seruitutē nō recipit. ff. cōmunia prędio. l. caueri. tñ Anno. et Ho. tenēt q̄ si nō habet dotem et sibi detur post cōsecrationē q̄ acquiritur ius patronatus. quia sine substātia rerum nō posset ecclesie deseruiri. i. q. iij. si quis obiecerit. et magis placet et no. q̄ nisi detur p dote vel rōe dotis nō habebit ius patronatus ſz erit benefactor ſm Pa. in. d. c. qñi. Jmitat etiā hocidem Pa. q̄ ex dotatione post consecrationē efficit patronus. Verū quando

fundator non potest cōpelli ad ipam dotandā sicut fit in istis capellis.qō nota.

5 ¶ Utrū possint esse plures in dote cōstituēda R.Jn.q sic. Et q̄libet erit patronus.vult etiam glo.lxij.di.in summa.et sic limita glo.i.d. c.quicūq.q̄ vult q dās modicā dotē nō fit patronus.q2 verū ē qñ vnus solus dat.sec⁹.si plures simul dāt sufficientē. ¶ dē dic in fundatione et edificatōe.et sic ptz q multi pñt esse patroni.puta.q2 vnus dedit fundū.alter edificauit.alter dotauit.vel plures edificauerunt vel dotauerunt.

6 ¶ Utz ius patronatus transeat ad heredes. R.Pa.in.c.i.de iure pa.q sic etiā extraneos. ita q si pater instituit in certa re.et extraneus heredē vniuersalē ius patronat⁹ trāsibit in ex neū nō in filiū.et si plures sunt heredes in oēs trāsit.vt in.d.c.i.¶ cle.fi.eo.ti.et nō solū trāsit ad masculos sz etiā ad feias heredes. Facit.c. fi.de excel.pla.sentit glo.in.c.qñ inuestiturā. xvi.q.vij.et ideo filius q repudiauit hereditatē paternā nō erit patron⁹.fm Feō.q silio.exi. Et hodie determinatū est q dictā cle.fi.q succedūt nō q capita sz q stirpes.vñ si plures succedūt vni ex duob⁹ patronis etiā oēs habētur loco vni⁹.et sz vnus habeat plus de hereditate q̄ ali⁹ dummō nō sit heres in certa re cōstitutus equaliter erit patronus.

7 ¶ Utz ius patronatus possit diuidi inter heredes.R.Pa.i.d.c.i.q nō q̄litercūq intelligatur ista diuisio.cū ipm ius sit incorpale.possunt bñ conuenire patroni vt alternatis vicibus pñtent.d.cle.fi.Sic r si habēt plures ecclesias pñt cōuenire vt psentet vnus in vna.et alter in altera.q2 sicut diuisio pmittit in tempore.ita et respectu locoz.et ista nō est diuisio q̄ prohibet in.d.c.i.de iure patronatus.

8 ¶ Utrū ius patronatus possit adiudicari vni ex heredib⁹.R.Pa.in.c.querimoniā. eo.ti.q nō.q2 si equaliter diuidūt nō apparet q̄re hoc. Si inequalit diuidūt et tunc si datur p restauratione illi qui minus bz illicitū est ¶ symonia cū.c.pterea.eo.ti.

9 ¶ Utrū ius patronatus trāseat cū vniuersitate bonoz.R.q sic.xvi.q.vij.nemini.de rer p̄mutā.c.ad q̄stiones.et.c.vlti.

10 ¶ Utrū transeat donatōe.R. q sic.c.ex insinuatōe.et.c.cōsultationibus.eo. ita tñ q si est laicus nō pt donare cuicūq laico sine licentia epi.vt in.c.nullus.et.c.pterera.eo.ti. sicut nec aliquod aliud ius spirituale. Si vero donaret ecclesie aut loco religioso.tunc fm alios pt sine lnīa epi.vt no.in.d.c. nullus.et in.c. ex insinuatione.et.c.illud.et capi.significasti.eodem titulo.

¶ Utrū possit dari in feudū.R. q sic. cum vniuersitate.c.cū scdm.eo.ti.sed specialiter nō. 12

¶ Utrū venditione transferat.R. q si specialiter vendat ē symonia.si emit intentōe vt possit pñtare quē velit vel priuare.et debet spoliari ille qui emit ecclesia debet eē libera scdm Jnno. Si vero emeret cū vniuersitate tempore aliū cū quibus trāsit etiā ius patronat⁹ nō est symonia fm Jo.et Cal.vt ptz ex.c. ex lris.eo. ti.q̄ verū credo cum nō emit principaliter talia bona tpalia ꝓpter ius patronatus ꝓsequendū.q2 si principaliter ꝓpter hoc emeret esz symonia.ita no.Pa.i.c.q2 clerici.eo.ti. ¶ tē fm Jo.an.in.c.vnico.eo.li.vi.si dicat.vendo tibi villā ¶ ius patronat⁹ q̄ habeo in ea nō valet venditio.sec⁹ si simpliciter vēdit villā.vt i cle. pastoralis.de rei iudi. Et ideo emptor vel feudatari⁹ cū acquirāt directū vel vtile dominiū rerū sic acquirūt ius patronat⁹ licite sic alioq fruct⁹ bñt.ff.de ꝓtraben.emp.l.dolia.

¶ Utrū vendēs oia iura q̄ habet in tali villa 13 q̄ nō est sua intelligat vēdere ius patronatus q̄ ibi habet.R.q non.q2 ad hoc vt trāseat oportet q res q̄ vendit talis sit q etiā sine expressione vniuersitatē vel ius patronat⁹ in se cōtineat.sicut est villa vel castrū q̄ in se cōtinet honorē iurisditionē districtū.et ius patronatus.ff.de ver.sig.l.pupillus.§.territoriū. Sz qñ dicit.vēdo tibi oia iura resoluit hec vniuersalis in singulares.sz vendo tibi hoc et illud. cū aūt ius patronat⁹ sic nō possit vēdi sic tali vniuersali ñ ꝓphendit. Sz si sit aliq̄ vniuersale q̄ multa iura i se ꝓtineat vt est hereditas bñ transit cū illo ius patro.ff.de pe.he.l.item videndū.§.fi.et duab⁹ se.

¶ Quid si vēdat q̄s palatiū vbi bz capellā q̄ 14 forte bz multa priuilegia.et multos reditus transiet ius patronat⁹ cū palatio.R.q sic.ar. l.si mercedē.§.si eū fundū.ff. de ac.emp.q2 ad capellā nō est nisi ꝓ palatiū.no.Jo. et Jn.in c.ex litteris.eo.ti.

¶ Utz possit pignori obligari.R.verior opi 15 nio est Jn.q nō etiā cū vniuersitate.q2 cū creditor non possit vti pignore si vacaret ecclesia nemo posset pñtare.

¶ Sed infra q̄tum tpus debet patronus pñ 16 tare.R.q si est laic⁹ bz quattuor menses. si clericus sex a tpe vacatōis.c.eā te decz. eo.ti.et ē ter.in.c.vnico.eo.li.vi.

¶ Sz nunq̄d poterūt variare.R.q sic si ē lai 17 cus antecz epus cōfirmet.vt in.c. quod autē.

et.c.cum autē.et.c.pastoralis.eo.ti.si est eccle-
siasticus patronus nō pōt variare postq̄ p̄sen-
tauit.d.c.pastoralis.cū.c.p̄dictis.eo.ti. 18

¶ Dtrū p̄sentans indignū p̄iuetur iure p̄-
sentandi.R.q̄ si est clericus qui p̄sentat indi-
gnum priuatur ea vice.ter.est in.c.sicut. in fi.
de supplen.negli.prela.et.c.iij.de ecc.edifi. Si
vero est laicus nō priuatur vt elicitur subtili-
ter.de offi.ordi.c.cum vos.hoc tenet Inno.et
Hosti.et Ber.in.d.c.cum vos.et Archi.in.c.
susceptis.de preben.li.vi.peccat tamē morta-
liter scienter p̄sentando indignum. quia in-
fideliter agit in officio sibi commisso.vide ad-
ministratio. 19

¶ Dtrū quis possit p̄tare seip̄m.R.q̄ non.
sed bene filiū dummō sit idoneus. Facit.c. per
vestras.eo.ti.et ibi no.Ber.et Ho.et Pa. po-
nit in.c.cōsuluit.e.ti.similiter p̄t p̄tare vnū
ex seip̄is. Facit.l.vbi adsunt.ff. de tuto. tz glo.
in.d.c.cōsuluit. 20

¶ Dtrū p̄tatus a maiori parte patronorum
sit amittendus.R.Pa.in.c.quoniā.eo.ti.q̄
aut p̄tatio fit ab istis sicut a collegio. et tunc
requiritur maior pars respectu totius capitu-
li.fm Jo.an. et videtur ter.in.c. ecclesia.el.j.
de elec. Aut p̄tatio fit ab istis vt a singulari-
bus vt cōiter fit a laicis. et tunc admittitur q̄
p̄sentat a pluribus.verbi gratia sunt sex pa-
troni.tres p̄tant.admittit̄ qui p̄tatur a tri-
bus.vt a pluribus p̄sentatus.qō bene nota.
quia facit ad multa. 21

¶ Dtrum oporteat q̄ sint simul quādo volūt
p̄sentare.R.Pa.in.d.c.quoniam.q̄ si agūt
vt collegium oportet omnes vocare. aliter po-
terunt cōtempti annullare p̄sentationē. Si
vero agunt vt singuli. Fede.cōsilio.xcvij.tenet
q̄ nō. Sed Bar.in.l.omnes populi.ff. de iusti-
cia et iure.tenet q̄ siue a collegio vt collegium
est.siue a pluribus vt singulares. cōsensus est
explicandus. dummodo maior pars p̄iudicet
minori. semper debent simul esse.per.l.iurisgē
tium.ff.de pac.et hoc est verius quo ad voca-
tionem.quia forte si fuissent p̄sentes induxis-
sent ad cōsensum alterius.et pro hoc facit.c.ij.
et qō ibi no.de arbi.li.vi. 22

¶ Sed quid si tm̄ sunt duo patroni et duos p̄-
sentant.R.Jo.an.in.c.cum autē.eo.ti.q̄ epi-
scopus poterit quē voluerit eorum instituere.
et est bona glo.in.c.si plures.xvi.q.vij. hoc te-
net Inno.in.c.i.eo.ti.et Cal.et Car.in.d.c.cū
aūt.et Pa.in.c.eā te.eo.ti.et placet.licz alij cō
trarium teneant. 23

¶ Dtrum patronus possit aliquid exigere.pu-
ta.aliquos cereos in cognitione iuris patrona-
tus.R.Pa.in.c.preterea.eo.ti.q̄ nō nisi tem-
pore fundationis a diocesano istud fuisset sibi
reseruatū.nec valet si ip̄e patronus fundando
sibi aliquod seruitiū reseruet.nisi ep̄us aucto-
ritatē prestiterit.vnde si ep̄us auctoritatē p̄sti-
tisset posset tale ius vendere titulo remanente
apud eum.et hoc credo verū si dedit dotē pin-
guem et abundantē.secus si solū necessariā ad
sustentationē ministrorū.quia tunc nullum ser
uitium poterit sibi retinere. Item no.Pa.in
c.i.de cen. Fallit hoc quādo locus religiosus.p
p̄fis expensis ecclesiam edificauit. quia tunc
talis locus habz in ea omnia temporalia sicut
episcopus spiritualia.vt de priui.c.cū a plan-
tare.et etiā ius p̄sentandi.de supple.negli.p̄
lato.c.sicut.

¶ Dtrū liceat clerico suscipere ecclesiā de ma- 24
nu laici patroni.R.Pa.in.ca. p̄terea.eo.ti.q̄
nō.et si facit peccat mortaliter.et licet non sit
suspensus ip̄o iure. tñ debet cōmunione priua-
ri. Ex quo infert Pa.q̄ si talis impetrat a pa-
pa nō exp̄sso q̄ prius habuit a laico nō valet.
Ex quo debet cōmunione priuari.vt in.d.c.p̄-
terea.et.c.postulasti.de rescrip.

¶ Dtrum laicus edificans capellam in eccle- 25
sia et eā dotans acquirat solum sibi iuspa. an
ecclesia simul.R.Pa.in.c.ad audientiā. de ec
cle.edi.q̄ ecclesia simul.q2 nō p̄t negari quin
ecclesia ponat fundū ex qua datione ius patro
natus acquirit̄.c.pie mētis.xvi.q.vij.et ideo si
mul cōcurret cum laico in p̄sentatione. Simili
ter si clericus edificat ex bonis ecclesie capellā
nō ip̄e vel parentes eius acquirunt ius patro-
natus. sed solum ecclesia ex cuius bonis est e-
dificata.

¶ Dtrum ex delicto patris publicatis oībus 25
bonis eius priuet̄ filio iure patronatus quod
habebat pater.R.q̄ si publicatio sit ab impe
ratore vel iudice seculari nō priuat iure patro
natus nec p aliq̄ crimine etiā lese maiestatis.
p̄t imperator p̄uare laicū ip̄o. quia habz istud
a papa. Ita no.glo.a Archi.in.c.filijs.xvi.q.
vij. Intellige hoc verū quādo nō est in aliqua
vniuersitate seculari. quia si essz ex priuatione
illius vniuersitatis secularis transiret. et vide
bo.glo.in.c.satis quersum.di.lxvi.q̄ dicit.q̄ li
cet pater cōmiserit crimē lese maiestatis. Ex q̄
filij efficiunt̄ infames.l. quisquis.C. ad.l.iul.
maie.vi.q.i.si quis cū militibus. Filij tñ cleri-
ci nō efficiunt̄ infames a nō perdunt beneficia
et sic nec ius patronatus.etiaz filij qui nō sunt
clerici nisi cum vniuersitate.

27 ¶ Quid si laicus habet ius patronatus cum ecclesia simul habebit ne sex menses ad p̃tandum. Ric. fm Jo. an. et Archi. in. d.c. vnico. e. ti. li. vi. q̃ sic. ita q̃ rõne p̃munionis p̃iuilegium ecclesie transibit ad laicũ. ad instar ei⁹ qõ dz de eo q̃ bz rẽ p̃munẽ cũ pupillo q̃ nõ p̃t vsu capi vel p̃scribi p̃pter pupillũ. vt in. l. si cõem. ff. quemad. ser. admit. ita p̃ ecclesiã cõsequitur qõ p̃ se cõsequi nõ posset. de p̃ces. p̃ben. c. penu. Idem dic q̃n clericus et laic⁹ bñt p̃sentare qõ habet tempus sex mensiũ fm Pa. in. c. eam te. eo. ti. quia maius dignũ trahit ad se minus dignũ. c. q̃ in tubijs. de cõse. eccle. vel alta. et hoc tenet Jo. an. licet Io. aliter. Et intellige de patrono ecclesiastico q̃ habet ius patronatus rõe ecclesie. q2 si haberet rõne patrimonij esset idẽ p̃oia sicut in laico sic et i clerico. c. cũ dilectus. eo. et glo. in cle. fi. eo. ti. no. Pa. in. d. c. eã te. et in. d. c. cũ autẽ. qõ no.

Iustícia fm q̃ est habitus virtutis. p̃t accipi quattuor modis. fm Ri. in. iij. di. xxxij. ar. v. q. iij. Primo cõmunissime. s. p̃ qualibet rectitudine animi. et sic q̃libet virtus ẽ iusticia quedã. et sic diffinit ab Insel. li. de veritate. c. xij. Justicia est rectitudo volũtatis p̃ter se seruata. Secundo p̃ rectitudine per quã homo iustificatur in cõspectu dei. s. p̃ charitate. et sic diffinitur ab Aug. li. lxxxiij. q. lxi. iusticia que per cetera diffundit est dilectio dei et p̃rimi. Tercio p̃ qualibet virtute ordinata per iusticiã legalẽ ad bonũ cõmune. et sic est idem cũ qualibet virtute. differẽs tamẽ fm rationẽ. Quarto p̃ habitu determinante voluntatem ad firmiter volendũ seruare rectitudinem debitã in operationibus que sunt ad alterum. Et hoc dupliciter. aut ad alterũ vt est p̃sona singularis. et sic est iusticia p̃ticularis distincta p̃ essentiã ab alijs virtutibus q̃ sic p̃t diffiniri. Justicia est cõstans et p̃petua volũtas ius suũ vnicuiq; tribuens. ff. de iust. et iur. l. iusticia. Alio mõ ad alterum. quod est cõmunitas et sic est iusticia legalis. et hoc est omni virtuti generalis inquantũ p̃cipit omnia exteriora cuiuslibet virtutis ad bonũ p̃munẽ referri fm qõd vult phs. v. ethi. c. ix. Est tñ vna virtus specialis distincta in essentia ab alijs virtutibus vnde nõ est generalis alijs p̃predicationẽ. sed per virtutem.

i ¶ Que sunt p̃tes eius subiectiue. Ric. fm phm v. ethi. due. s. cõmutatiua q̃ dirigit vnã p̃sonã ad aliã in his q̃ cõsistunt mutuo inter duas personas ad inuicem. Alia distributiua q̃ est ordo eius qõ est cõmune ad singulas p̃sonas quẽ dirigit iusticia distributiua p̃munium fm p̃portionabilitatẽ.

Iustificatio impii quattuor requirit. primũ. motũ liberi arbitrij. p̃tritionem anime. infusionem gratie. et remissionẽ culpe.

Laicus dicit a laos grece et latine populus fm Isi. vij. ethi. et sunt illi qui possunt habere vxorẽ possidere p̃priũ. de quibus. xij. q. i. duo.

¶ Vtrũ laicus possit esse p̃curator. vel sindi- i
cus rerũ ecclesiasticarũ. Ric. Pa. in. c. decernimus. de iudi. Collectarius dicit q̃ generalis administrator esse nõ potest loco p̃lati absentis. vel illius q̃ reputat absens vt est minor. vt in. c. ij. de eta. et qua. or. Dz si p̃latus p̃esit spiritualibus bene p̃t p̃mitti cura temporaliũ laicis. maxime vbi clericus nõ repit idoneus. allegat no. q̃ Jn. et placet Pa. qui allegat glo. in. c. indicatũ. lxxxix. di. et ideo dictũ. c. decernimus. loquit q̃ nõ p̃t esse iconom⁹. i. habere generalẽ administrationẽ oĩm bonor̃ ecclesiasticorum tã temporaliũ q̃ spiritualiũ. et sic p̃sit omnibus. sed bene põt esse iconomus ecclesie in temporalibus. c. in noua. xvi. q. vij. hoc idem tenet Baspar de cal. et Io. et Jo. an. in. c. vnico. de sindico.

¶ Vtrũ possit esse p̃curator clerici laicus ad 2
eligendũ. Ric. q̃ nõ. vt no. doc. in. d. c. decernimus. q2 vbi habet exercere actũ spirituale iudicio suo nõ p̃t p̃stitui laicus. vt no. in regula. q̃ alicui suo nõ licet. de re. iur. li. vi. Et sic limita c. i. de p̃cu. li. vi. vt solũ habeat locũ in iudicialibus vbi etiã in causis spũalibus admittitur ad agendũ. et defendendũ.

¶ Vtrũ possit laicus esse vicarius epi. Ric. fm 3
doc. q̃ nõ. vt no. in. d. c. in noua. et in. d. c. cõtingit. de arbi. et in. c. vno. de sindico. Facit glo. i d. c. decernimus. que dicit. q̃ cause spirituales nõ p̃nt cõmitti laicis etiã tanq̃ delegatis per episcopũ. Et hoc intelligo q̃ nõ p̃t esse vicarius episcopi in spiritualibus. secus si episcop⁹ habet iurisditionẽ temporaliũ in loco. quia bene potest laicũ suum vicariũ facere. vt in. c. fin. ne cle. vel mo. li. vi. Sed in spiritualibus tenent doc. q̃ nec etiam clericus cõiugatus. c. Joannes. de cle. cõiuga. et in. c. vnico. de cleri. cõiuga. li. vi.

¶ Vtrũ laicus possit p̃dicare. Ric. Pa. in. c. 4
decernimus. q̃ sic. sic cõmittitur ei ab epõ. vide bonã glo. xcvi. di. c. bene quidẽ. Facit. c. eũ ex iniuncto. de here. vide glo. in. c. adijcimus. xvi. q. i. sed nõ teneas dũ dicit etiã mulierẽ.

LAtria grece idē est ꝙ religio latine. scōm Aug⁹. x. de ciui. dei. capitulo. iiij vnde dicit ibidem. ꝙ cultus deo debitus quattuor nominibus nominatur. duobus apud grecos. scz. latria et theusebia. i. cultꝰ diuinus vel bonus. et duobus apud latinos. scz religio et pietas. qui correspondēt ꝑfatis duobus. Differt tamē latria ꝓprie a theusebia. qz hec respicit cultū dei interiorē qui ꝓprie pertinet ad virtutes theologicas. sed latria respicit seruitutē exteriorē que pertinet ad iusticiā. vt elicitur a sancto Bona. in. iij. dist. ix. q. ij. ar. iij et sic est virtus cardinalis ꝓprie. et qñ aliqui doctores dicūt ꝙ est virtus theologica intelligitur scm qō est eusebia.

¶ Qui sunt actus latrie. R. ꝙ sunt due species actuū latrie. prime speciei actus sunt illi qs ꝓducit mediantibus virtutibus q̄bus imperat ordinās eos in dei reuerentiā. et sic religionis actus ꝑ modū imperij ponit. Jaco. i. esse visitare infirmos. qui est actus elicitus a misericordia et immaculatū se custodire. q̄ elicit a tēperantia. Secūde sunt illi qs ꝓducit ꝑ se et immediate ꝑ quos homo ordinat se ad deum et inter hos bz aliquos interiores tanq̄ principales et ꝑ se. vt est deuotio et oratio. Aliquos vero exteriores quasi secūdarios et ordinatos ad interiores q̄bus ipa vtit̄ q̄si signis ad excitandā mentē ad actus spūales. Et in aliquib⁹ horū exterior corpus ad venerandū deo exhibetur vt in adoratiōe. In aliquib⁹ vero deo de rebus exterioribꝰ offert. et hoc vel ꝓmittendo vt in votis. vel in dando. vt in sacrificijs. oblationibus. primitijs. decimis. et hmōi.

2 ¶ Otrū sacrificiū sit latrie. R. ꝙ triplex ē sacrificium. primū bone operationis. et istud est omniū virtutū. scōm orationis. et istud virtutum theologicarū est. terciū est immolatōnis. et istud est latrie speciale.

LAtro in quo differt a fure. R. ꝙ latro furatur de die. sed fur de nocte. Jura tamē sepius vnū ꝑ altero accipiūt. vt patet in capitulo primo de homicidio.

i ¶ Quis dicat̄ publicus latro vel depopulator agror. vide. j. immunitas. ff. xvij.

LAudemium est quedā solutio quin quagesime partis vel extimationis rei fienda domino ab eo qui de nouo acquirit emphiteosim. de quo dic vt. s. emphiteosis. ff. xxxiij.

LEctoris officiū est lectiones ꝓnunciare. et ea que ꝓphete pronunciauerūt populis predicare. xxv. di. perlectis. et xxi. dist. cleros.

i ¶ Quō debz ordinari habeat. xxiij. di. c. lector. sed melius in pastorali eꝑor.

LEgatum quid est. R. ꝙ est donatio quedā a testatore relicta. sed ab herede prestanda. qz debet̄ post mortē testatoris. et post aditā hereditatē ab herede colligitur. insti. de le. ff. i. et hodie fideicōmissuz et legatū fere idē sunt. et fere adeq̄ta sunt. et quic quid iuris est in vno ē etiā in alio. sz fideicommissuz dictū est. qz olim fideicōmissa pendebāt er fide heredū. et iō fideicōmissarij dicunt̄ quibus legata soluēda fidei cōmittunt̄. dicunt̄ etiam testamentor executores.

¶ Quis ꝑt legare. R. ꝙ solū illi qui ꝑt testari. ff. de le. j. l. ij. et qui possunt testari. vide. j. testamentū. ff. i. Legatū enī relinqui nō ꝑt nisi in testamēto vel codicillo. Vnde testari. codicillari et legare ad hoc equipollent vt qui ꝑt vnū possit et reliquū. ff. de iure codicil. l. diui. ff. codicillos is domū. Fallit hoc in legatis ad pias causas. vt. j. legatū. ij. ff. vij.

¶ Cui ꝑt legari. R. ꝙ regulariter illi soli qui ꝑt heres instituī. et qui pōt instituī. vide. s. heres. ff. xxv. et ꝙ sit persona certa. aliter nō valet. l. vulgo. ff. ō statu hominū. Fallit tū hoc in aliquibus casibus. de quibus in. ff. sequentib⁹ et legatū. ij. ff. ij.

¶ Sed num q̄d pater possit legare filijs spurijs rone alimentor. vel relinquere dotes filiabus spurijs. cū dos succedat loco alimentor qui tū spurij non pūt instituī heredes. R. ꝙ sic. scōm Bar. in auth. ex ꝓplexu. C. de ince. nup. vide. s. Filius. ff. iij.

¶ Otrū fratribus minoribꝰ possit legari. R. ꝙ sic. cle. exiui. de ver. sig. ff. cupietes. dummō nō sit valor hereditatis vel tuta eius ps q̄ ꝑsumatur fieri in mō et forma legati fraudulenter ꝑ successione hereditatis de qua non sunt capaces.

¶ Otrū cū legat̄ fratribꝰ mendicantibus anniuersariū ꝓpetuū liceat eis recipere. R. scōm Pe. de pac. in epla ad magistrū ordi. ꝓdicatorum. ꝙ sic. recipiendo gratis et petēdo ex iudicium. qz hoc nō est habere redditus. sed in iudicio petere ea tanq̄ redditus sibi debitos est ꝺ possessionē eor. Jdē dicit de censibꝰ annuis ac etiā de redditibꝰ fratrū ad vitā. Farinerius ordinis minor generalis in cōsti. dicit ꝙ nō bz fratribꝰ inducere aliquē ad talia legata facienda ꝙ si facta fuerint in iudicio nō petāt. q̄si tacite innuat qō dicit petrus. ꝙ ex iudicio peti pōt ꝑ modū elemosyne. Nec ob. qō dicūt alij

nō licere, nisi qñ dans sciret nō teneri se ad talia danda ⁊ tu ex tua liberalitate dat, qz licz in cōscientia ille teneat sm qđ infra dico, et ꝓpterea det, nihilomin⁹ fratres ea petere pñt extra iudiciū ꝑ modū elemosyne, sicut licet petere elemosynā ab illo q̄ habet vltra necessitatē sui status, q̄ q̄uis ipe teneat facere elemosynā nō tn ꝑ hoc tequit qđ frater minoz nō possit ab eo petere. Ad duerte tn qđ annuos reddit⁹ ad modicū tps, s. decē annoz legatos pñt petere mēdicantes i iudicio exceptis fratrib⁹ minoz ib⁹ q̄ lz de talib⁹ sint capaces nō tn pñt i iudicio talia ꝑ se petere, vt in. d. cle. exiui. §. verū. de ver. sig. Sitr sunt capaces annui reddit⁹ etiā in ꝑpetuū qñ est ad certū vsum diuini cultus, puta vinū ꝑ missis, frumentuz ꝑ hostijs fiendis et hmōi sm do. Lar. in. d. §. et Fede. de se. sec⁹ ꝑ victu et vestitu.

6 ¶ Vtrū q̄s possit legare ecclesie cōstruende. R. Pa. in. c. nos quidē. de testa. qđ sic. lz nō donare, qz nō valet donatio. c. abbate sane. de rei udi. li. vi. Rō diuersitatis ponit a Bar. in. l. seruos ad custodiā. ff. de ali. et cib. le. qz donatio requirit ꝑsonā et scīam. iō absenti nō ꝑt donari. l. absenti. ff. de dona. c. si tibi abñti. de ꝓben. li. vi. et etiam incerte ꝑsone ꝑt legari dūmō ex euētu possit certificari. l. cū pater. §. surdo. ff. de le. ij. sec⁹ si certificari nō posset euentu qz nō posset ei legari. vt no. glo. d. c. nos.

7 ¶ Vtz legatū factū ecclesie sancte Marie cū plures sint sit nullū. R. Pa. in. c. indicante. de testa. qđ nō, sed dabitur ecclesie parrochiali si sic noīatur. vel pauperi q̄ tale hz nomē. Glo. vero in. d. c. nos quidē. dicit qđ si nulla ecclesia sancte Marie sit in loco dabit ecclesie cathedrali. vt no. in glo. ꝓfati. c. indicante. facit. l. q̄ cōditio. ff. de cōdi. et demō. vbi si testator mandauit aliq̄d fieri in foro et nō dixit in q̄ intelligitur de foro illi⁹ municipij vbi habitat. ⁊ hoc de auctē epi ⁊ executoris. similiter qñ legat ecclesie fiende et nō dicit de loco eps et executor prouidebūt de loco vbi debeat fieri. et hoc fauore pie cāe nisi aliter ꝑstet de mēte testatoris

8 ¶ Quid si legatari⁹ moritur, ante cōditionis euentū. R. Pa. in. d. c. nos quidē. qđ aut legatum est factū ꝑsone intuitu seu cōtemplatione anime, puta, qz alie ꝑsone fuisset relictur⁹, tūc deficiente illa persona debet cōuerti relictum ad aliū pium vsum vt voluntas defuncti in effectu impleat. sicut dicimus in legato facto ad aliquid faciendū in ciuitate ꝓpter ꝑpetuā memoriam defuncti. qđ alibi fiet si in loco vbi ordinauerat fieri nō possit. vt. l. legatū. ff. de vsu, fruc. lega. Si vero relictū fuit cōtemplatōe ꝑsone vel collegij certi nō habito respectu ad piam causam tunc deficiente legatario expirat legatū ⁊ remanet apud gravatū. vt in. l. pater. §. tuschulanus. ff. de le. ij. C. de cadu. tol. l. vnica. §. si aūt aliq̄d sub ꝓditione. Si aūt dubitat an habuerit respectū ad animā vel ad ꝑsonā. tunc in dubio fauore religionis debemus ꝑsumere. qđ ad piā causam reliquerit. ar. l. sunt ꝑsone. ff. de reli. et sumpti. fune. Et hic no. et lequitur Bar. in. d. §. tuschulanus. Et hec deputatio ad aliū vsuz piū debet fieri de ꝑsensu epi et heredis simul. d. l. legatū. et no. in cle. qz cōtingit. de reli. domi. et facit ad quēstionē legati facti puelle ꝑ ea maritanda que morit an fit dandū alteri. qz si factū est intuitu ꝑsone. puta quia seruiuit et hmōi nō habitur alteri. Si vero intuitu aīe sic dabit alteri ⁊ sic de quocūq̄ legato qđ nō ꝑt cōsequi suū effectū. qđ no.

9 ¶ Vtrū legatū factū duobus re cōiunctis si vn⁹ repudiat, vl moriat viuo testatore, vel deportet ⁊ hmōi, accrescat alteri. R. Pe. d. pen. tractatu de canonica portōne epi. qđ sic. l. re cōiuncti. ff. de le. ij. et. l. vnica. §. bis ita. C. de cadu. tol. nō aūt accrescit cōiunctis cognatione legali. l. mulieri et titio. ff. de cōdi. et demon. et dicunt verbis et re cōiunctis, puta, qñ stichus legat petro et martino re tantū cū diuisim, puta, lego petro stichū meū. Item lego martino stichū meū. vt insti. de le. §. si eadē res. in ter. et in glo. Item verbis et nō re qñ titio ⁊ seyo lego fundū equis portionib⁹. et ꝑferat cōiunctus verbis et re alijs cōiunctis re tm̄. Sz an ꝙiunctus verbis tm̄ ꝑferat ꝙiunctis re tm̄ ē opi. diuersa sz dic qđ eqliter veniūt. vt no. i. d. l. re ꝙiuncti.

10 ¶ Quid de legato facto ab aliq̄ alicui ecclesie sub cōditione. s. si ibi sepeliat qui legās moriē excōicatus ⁊ nō sepelit ibi. R. Bar. post Dy. in. l. miles. §. re an. ff. de adul. qđ nihilomin⁹ soluetur legatū ecclesie. cū facto legantis et eius culpa acciderit. et sequit Bal. in. l. si q̄s ad declinandū. C. de epi. et cle. et. l. i. C. de bis q̄ pene no. facit tex. no. in. l. nulli. C. de epi. et cleri. Rō. qz in legato ad pias causas attendit⁹ duplex fauor. s. legātis et cui legat. lz ergo nō notorio peccatore cesset fauor aīe eius nō tn cessat fauor ecclesie cui reliquit. Item quia illa cōditio est impossibilis. et ideo nō viciat legatū. l. obtinuit. ff. de cōdi. et demō.

¶ Quid si legatur alicui aliq̄d sub cōditione si habuerit liberos vtrū si ingredit religionez debeat habere. dic qđ sic. vt. s. dixi. Heres. §. rūj. cum se.

12 ¶ Si titio pecunia legata fuerit et eius fideicõmissum sit vt alienũ seruũ manumitteret, nec dñs eum vendere velit nihilominus legatũ capiet, quia per eũ non stat quo minus fideicommissum p̃stet. Nam et si seruus mortuus esset a legato non submoueretur. l. si titio. ff. de lega. i.

13 ¶ Si in singulos annos aliquid alicui legatũ sit plura sunt legata et p̃imi anni erit purũ. sequentiũ cõditionale. s. si viuat, et ideo eo mortuo nõ transmittetur ad heredem. l. si in singulos. ff. de annuis legatis.

14 ¶ Quidã testamentũ faciens legauit filie sue nupte. x. ducatos p̃ quolibet anno p̃o vestimẽtis vt induat se, que filia stetit p̃ quattuor annos q̃ nõ induit se, nec a fratribus pecuniam ipam petijt. Querit an possit petere pecuniaz p̃teritoz annorũ. R. q̃ nõ. ar. l. quidã p̃dia. ff. de vsufruc. lega.

15 ¶ Quid si legatarius moritur ante legantẽ. R. q̃ deficit legatũ. et remanebit heredib⁹ legantis, secus si moreretur post mortẽ testantis sed anteq̃ heres adiuisset hereditatẽ. q̃ tunc debetur heredibus legatarij. l. vnica. §. sed vt manifestetur. C. de cadu. tollen.

16 ¶ Dtrũ legatũ factum episcopo p̃sumet̃ factum cõtemplatione ecclesie. R. Pa. in. c. requisisti. de testa. q̃ in dubio ad cõiecturas est recurrendũ. vt si est factũ ei a psona cõiuncta nõ p̃sumatur. cuius dixerit. relinquo hec episcopo. Similiter si diceret. relinquo dño Johanni nõ expresso episcopo, et sic erit suũ. et succedunt p̃pinqui ab intestato. c. quia nos. de testa. Si vero ab extraneo legetur sic p̃sumitur factum cõtemplatione ecclesie. Idem dic p̃ posa de quocũq̃ habente administrationem seu p̃lationez in ecclesia. Et no. q̃ extraneus hic accipitur qui nõ est ei cõiunctus in quarto gradu affinitatis vel cõsanguinitatis. vt est tex. in auẽ. licentiã. C. de epi. et cleri. et in auẽ. de ecclesi. titu. §. interdicimus. Idẽ glo. xij. q. iij. c. i. et est cõmunis opi. cui aliq̃ aliter teneant. vt. s. Clericus. xiij. §. v.

17 ¶ Cuius cõtemplatione p̃sumetur legatum factũ non habenti administrationẽ in ecclesia qui tñ est ecclesiasticus. R. Pa. in. d. c. requisisti q̃ in dubio p̃sumetur factũ intuitu persone, si talis potest habere p̃prium. Si vero non potest habere p̃prium. puta. quia religiosus, sic p̃sumitur factuz intuitu monasterij seu ecclesie. facit. l. deo nobis. C. de episco. et cleri. c. vnico. xviij. q. i. Et sic quãdo factum est intuitu ecclesie nõ poterit disponere nisi sicut de aliis rebus ecclesie. quod no.

¶ Dtrũ legatũ factum filiofamilias in dubio p̃sumatur factũ intuitu patris. R. Pa. in. c. Raynutius. de testa. Bar. in. l. cũ aliquis. C. de iure delibe. dicit q̃ si sit p̃ista verba. lego filio Martini. nõ intelligitur p̃templatione patris maxime si exp̃imatur nomẽ filij. puta. titio filio martini. et noiatio patris intelligit̃ facta causa demonstratõis. Nec ob. d. l. cum aliquis. quia loquitur in seruo q̃ exp̃imit̃ qualitas que si esset vera de iure acquireret̃ dño legatum. et sic videtur cõtemplatione dñi factũ sed secus in filios. quia filiatio nõ facit relictũ acquiri patri. q̃ posset eẽ emancipatus. et maxime hodie cũ in aduenticijs acquirat̃ filijs p̃prietas. sed si fieret de patre mentio. et de patria potestate. idem esset sicut de seruo. sed de hoc dubitat Pa. quia filiationis qualitas nõ impedit p̃prietatẽ acquiri filio. et ideo videt̃ q̃ solũ vsufructus acquirat̃ patri. 18

¶ Dtrũ legatum factũ canonicis omnibus talis ecclesie etiam si exp̃imantur nomina p̃sumatur ecclesie cõtemplatione factum. R. dñs Petrus vbi. s. q̃ sic p̃. l. ciuibus. ff. de re. du. vbi dicit tex. ciuibus ciuitatis legatum vel fideicommissum datum ciuitati relictũ videtur quod verum est scõm glo. nisi sit datum vt singulis. quia nõ acquiritur ciuitati. sed ipis ciuibus. Facit. l. annua. §. a titia. ff. de annuis leg. Secus si vni non habenti administrationẽ vel p̃lationem qui est simplex canonicus. quia sibi acquiretur non ecclesie vt diri. et hoc verum nisi p̃bareť q̃ intuitu ecclesie legatũ fuit vel nisi legatarius fraudem adhibuit. d. c. requisisti. in fi. Facit. l. nonnũq̃. ff. ad trebel. 19 20

¶ Dtrũ cũ legatarius nõ potest vti legato nisi respectu ecclesie. puta. legat quis iter p̃ fundum suũ clerico quo vadat ad ecclesiã intelligatur p̃templatione ecclesie in dubio. R. Pe. vbi. s. q̃ sic. et sic acquirit̃ ecclesie. et ita intelligitur qõ no. glo. in. l. nõ plures. C. de sa. sanc. eccle. ne legatum sit inutile. vide quod no. doc. in. l. i. C. de sa. san. ec 21

¶ Quid si quis leget sic. lego Petro et filijs eius possessionem vel aliud. R. q̃ Petrus habebit medietatem. et filij eius aliam medietatem cõsequenter. ff. de vsufru. accre. l. si quis titio. et de testa. c. Raynaldus. in glo. vnde non refert in hoc casu siue legetur titio q̃ mentio vel titio cũ mentio. vt in dicta. l. si quis titio qõ no. 22

¶ Quid potest legari. Respon. q̃ res testatoris q̃ res heredis nec refert an sciuerit vel ignorauerit esse suam vel heredis. vt insti. de lega.

§.si quis rem suam.

23 ¶ Sed nunquid res aliena a testatore possit legari. R. q sic. si sciebat testator esse alienã. et heres tenet eã emere ꝛ pstare. vel extimationẽ soluere si talis sit que extimari possit. vt insti. de le. §. nõ solum. et §. quod autẽ. cum tali distinctione q aut res que legatur erat testatori pignorata. et sic in ea habet ius solũ. ꝛ tunc nõ presumitur nisi legatum illud ius esse in eo qõ in eo habebat. et sic non dabitur extimatio. vt in. l. serui electione. ff. de le. i. ¶ Aut res legata erat res testatori cõmunis simul et alteri. et sic intelligit solũ legasse partẽ suã. nisi dixisset totam talẽ rem. quia sic extimatio debetur. vt no. Bar. in. l. cum alienã. C. de leg. ¶ Aut res oĩno est aliena. et tunc si est heredis debetur res omnino. tex. est in. l. vnum ex familia. §. si rem. ff. de le. ij. ¶ Si vero non est heredis sed alterius. et si scienter legauit debet extimatio. d. l. cũ alienam. dummõ sit talis cuius cõmertium haberi possit. alꝰ esset inutile legatus. puta. si legat res sacra vel principis. l. apud iulianũ. ff. de le. i. ¶ Si vero legat ignorãter et cõiuncte psone cui alꝰ fuisset relictumꝰ si sciuisset esse etiã alienã debet extimatio. d. l. cũ alienã. et Bal. in. l. i. C. de sa. san. ec. tenet ecclesiã esse cõiunctã psonã cũ sit mẽ oĩm fideliũ. xij. q. ij. q abstulerit Sed Pa. in. c. filius noster. de testa. nõ tenet q ecclesia hic habeat piunctam psonam. sed soluꝫ cõiunctus ex sanguine. vt in. c. nonnulli. de rescrip. et qõ debeat piuncte psone intelligit qñ errat generaliꝫ. sꝫ qñ errat ex cã specifica. puta qꝛ credebat suã ex emptõe facta a pupillo q nõ valebat. tũc viciat legatũ in totũ etiã factũ cõiuncte psone. vt no. in. d. l. cũ alienã.

24 ¶ Sed nunqd qõ pdictũ est in qstione pceden ti habebit locũ in foro canonico ꝛ aie. R. Pa. in. c. filius. d testa. dicit q cõis opinio tꝫ q sic. sed ipse credit q nõ habeat locum in cõscia. rõ qꝛ in. d. c. filiꝰ noster. dꝛ qꝛ lege dei viuimꝰ non legibus videt annuere hoc esse pꝛa legẽ dei. et ideo nullus subiectus obedientie iuris canonici poterit hanc dispositionẽ legis obseruare ꝛ etiã in repetitõe. c. cũ esses. de testa. ita tenet rõ qꝛ dispositio qlibet dꝫ attendi fm rõem certã. c. intelligentia. de verbo. sig. et ideo ptꝫ p. d. c. filius. q est differẽtia in hoc inter ius ciuile et canonicũ. et q dispositio. c. filiꝰ. astringit oẽs qs astringit ius canonicũ. Ego admitterẽ dictum suũ qñ heres nimis grauaretur. qꝛ sic nõ videret fuisse de mente defuncti sed esse errore decepti. sed quãdo cõstaret de mente defuncti puta. quia sciebat dispositionẽ iuris ciuilis. sic credo etiã in cõscientia habeat locũ. qꝛ perinde est ac si legasset rem illã si emi posset vel taltem extimationẽ.

¶ Vtrũ legata domo debeat oꝛtus. R. Pa. 25
in. c. Raynutius. de testa. q si oꝛtꝰ coheret domui sic debet. ff. si serui. ven. l. testatrix. et. ff. de ac. emp. ꝛ vendi. l. si creditoꝛ. in fi. qõ limitoverũ qñ eadẽ ianua claudit domũ et oꝛtũ. secus si sic non coheret. quia non debetur. Et sic intellige glo. in. c. fi. xij. q. ij. et Pa. vbi. s. in. d. c. filius.

¶ Vtrũ legatis aliquibus rebus. et postea vẽ 26
ditis per testatorẽ teneat heres. R. q sic. nisi vendendo testator habuerit aĩm adimendi legatũ. insti. de lega. §. si rem suã. et in dubio pꝛ babit heres saltẽ p quattuoꝛ testes voluntatẽ defuncti mutatã. vt ĩ glo. d. §. si rem suã. Idẽ dic si rem legatã pignoꝛi tradidit q nisi habuerit aĩm adimendi legatũ tenet heres eã luere. et legatario tradere. vt insti. de le. §. sed ꝛ si rẽ. in tex. et in glo. In conscientia credo verũ qñ testatoꝛ in mortẽ noluit mutare testamentum. secus si mortẽ pꝛuentꝰ nõ potuit in vltimo aliqd disponere. qꝛ tunc pꝛsumeret q animo adimendi legatũ alienauerit.

¶ Vtrũ legatũ quo mihi liceat cedere lapides 27
in solo testatoris trãseat ad meos heredes. R q nõ. tex. est in. l. apud iulianũ. §. si quis. ff. de le. i. rõ fm glo. qꝛ est ius pꝛsonale.

28 ¶ Vtrũ possit legari qõ nondũ est in rerũ natura. R. q sic. dummõ sit futurũ. vt fructus futuri in tali fundo. aut qõ nascet ex ancilla ꝛ huiusmodi. insti. de le. §. ea quoq res.

¶ Vtrũ iura ac. et seruitutes ꝛ hmõi incoꝛpo 29
ralia possint legari. R. q sic. nisi viuens testatoꝛ debitũ exegerit vel remiserit et in dubio pꝛsumitur legatũ voluisse adimere erigẽdo vel remittẽdo. insti. de lega. §. cũ autẽ. in tex. ꝛ ĩ glo.

30 ¶ Vtrũ debitoꝛi possit sua liberatio legari. R q sic. insti. de lega. §. si qs debitoꝛi. nisi testatoꝛ viuus exegerit. insti. ibidẽ. §. causam.

31 ¶ Sed quero an in dubio pꝛesumet legatũ factum creditoꝛi fuisse factum animo recompensandi. R. Barto. in. l. si cuꝫ dotẽ. §. si pater. ff. so. ma. et cõiter moderni ĩ. c. officij. de testamẽtis distinguũt q aut relictũ sit per debitoꝛem necessariũ qui ex necessitate iuris tenet ad debitum. et sic pꝛesumitur animo recõpensandi factũ. vt in. d. §. si pater. vbi dicit q si pater q tenebat dotem dare filie sue legat eidẽ aliqd ĩ testamento q illa nõ poterit petere legatũ et dotẽ. quia videt legasse animo cõpensandi cũ dote debita. Aut legatũ fit per debitoꝛẽ volũ-

tarium.puta.quia ex sua volũtate obligauit se ad debitũ.et sic in dubio nõ p̃sumit factum animo recõpensandi.nisi sit exp̃essum vt ꝓbatur in.l.vnica.§.sciendum.C.de rei vx.ac.vbi habetur ꝙ maritus qui tenet restituere dotẽ vxori post mortem legauit aliquid simpliciter vxori poterit vxor vtrũq; petere. Similit dic de legato facto cuicunq; creditori a debitore. ad hoc.C.de here.instit.l.si cõpensandi.ff.de lega.i.l.lucius.in p̃in.et.ff.de lega.ij.l.vlti.§ penulti.

32 ¶Vtrũ per suggestionẽ sollicitudinẽ.vel importunitatẽ faciens adimere legatũ factũ alicui.et faciẽs sibi relinqui teneatur. Ric. domi. Bar.cepola in suis cautelis ꝙ tenetur actione de dolo.vel in factũ subsidiaria ei cui adempt̃um est.vel cui nõ est relictũ ex sollicitudine eius.ff.ō doli excep.l.i.no. Ang.in.l.fi.C.si ꝙs aliquẽ testa.p̃hibi. Facit.l.i.et ibi no.C.de pe. bo.subla.li.x. Sed melius dic vt.j. Restitutio p̃imo.in verbo impediens.

33 ¶Quid valet vxori legatus quo legat ei dos sua. Ric.ꝙ valet.q; plenior ẽ actio ex legato ꝙ ex dote.instit.de lega.§.sed si vxori.q; sicut dicit ibi glo.legatũ statum debet.dos vero si cõsistat in mobilibus debet post annũ solũ. Itẽ valet q; nõ habebit ꝓbare dotem talis ꝙnti tatis si exp̃imat.alꝫs sic.C.de fal.cau.l.iij.

4 ¶Quero quid debeat qñ legatum fit in genere. Ric.ꝙ si illud genus est generalissimum. sic nullũ est legatũ. Exemplũ.si diceret.lego substantiam vel rem. Si vero genus est subalternum.vel lego animal.corpus.et hmõi.sic simpliciter nullus est.quia dando muscam liberaretur. Si vero genus est insertus.puta.quia est species specialissima.tunc aut res eius generis habz certos fines a natura designatos.vt bos equus et hmõi.aut habet fines ex sola distinctione hominis.vt fundus.vt.ff.de leg.i.l. qd in rerũ.§.fi. Aut facto hominis.vt domus vel fundus.quod per factũ hominis de duob9 fit vnũ diruendo parietẽ et hmõi.vt.ff.cõmunia p̃dio.l.si quis duas.§.i. Si loquimur de p̃imo.sic fuit varia opinio sed placz mihi opinio Jo.quã sequit Accur.in.l.legato generaliter.ff.de lega.i.s.ꝙ aut testator quos relict seruos vel boues in certos q de incertis sunt in suo patrimonio.q tunc eligit legatarius.vt instit.de lega.§.si generaliter.dum tamen nõ eligat optimũ.d.l.legato. Aut nõ sunt in suo patrimonio.et sic electio erit heredis.vt.ff.de tritico le.l.iij.in principio'et.l.iiij. Similiter vbi testator de certis seruis sensit incertum. puta.quia legauit vnum de seruis suis.sic electio erit legatarij.l.qui duos.ff.de le.i. Si vero loquimur de secundo.sic nõ valet.q; videt derisorium.quia heres p̃standō funduz vnius digiti vel vnguis liberaretur.d.l.cum in rerũ.§. si quis autẽ. Si vero loquimur de tercio. tunc aut legãs domũ in genere relinquit domos aliquas.aut non.si sic.electio erit legatarij. Si nõ legatũ erit derisoriuz.ff.de le.i.si domus in principio. Aduerte tamẽ ꝙ quãdo electio datur heredi in rebus legatis in genere. et illud genus est talis qualitatis ꝙ in ipo sunt quedã que nihil valẽt.et magis expedit nõ hãe ꝙ habere.tunc nõ ꝓt talia dare.sed debet dare mediocrem.vt in.d.l.legato.et.C.ō dona.l. si ꝙs argentũ.§.i.et.C.cõmunia.de lega.l.fi.§.i. Si vero sumus extra talia.tũc poterit heres dare minimũ in tali genere.l.si ita scriptũ sit. in fi. et.l.apud iulianũ.§.seyo.ff.de le.i.ff.de re.iu. l.semper in obscuris.ff.de ver.obli.l. si ita stipulatus. Fallit hoc in legatis ad pias causas. quia debetur id quod ẽ melius fauore pie cause.vel saltez mediocre.puta.legatũ est vas dabitur argenteum inter auruz et auricalcum seu eneum. Ita habet q no.in.l.titia.§.seya.ff.de au.et arg.le.ex qua Bar.ibidem dicit ꝙ si legatur calix intelligit argenteus.si planeta intelligitur de serico.et similibus.

¶Quid si ꝙs legauit quattuor lagenas olei 35
que sunt in tali vase.q; non sunt nisi due.vel de pecunia que est in tali capsa legat vni.xxx.alij xx.alij.x.et nõ sunt nisi.xxx. Ric.ꝙ solum debet quod inuenitur.l.si quis testamento.ff.de le.i. et vnicuiq; p̃ rata defalcabitu r.puta ille cui xxx.legauerat non habebit nisi.xv. cui.xx.x. et cui.x.v.debebũtur.vt ibi ōr. Facit.l.cuz certus numerus.ff.de tritico vi.q ole.le.q de lagenis est casus in.l.si quis seruũ.§.si quis.ff.de lega. secundũ.

¶Quid si testator errat in nomine. Ric.ꝙ non officit dummodo constet de quo sensit.l.si in nomine.C.de testa. Facit.ff.de le.i.l.iiij.q instit. de lega.§.ꝙ si aliud. Similiter falsa demõstratio non officit.puta cum dicit.lego seruũ meuz quem emi a ticio.cum tamen sit emptus a diuo dummodo constet de seruo. Instit.de lega.§. si quis in nomine. Similiter falsa causa nõ viciat legatum.vt si dicit.lego tale quid. Petro qr fecit mihi tale seruitiũ:cum tamen nõ fecerit.instit.de lega.§.longe.secu9 si conditionaliter vt ibidem.

¶Vtrum legans ancillam Bertam.q postea 7
vendens eam emit aliam cui nomen Bertæ

imponit. an debeat ista secūda. R. q sic. ff. de cōdi. et demō. l. filie sue. §. titia vx.

38 ¶ Vtrum legans mihi omnia sua mobilia intelligant omnes fructus etiā. R. q sic oēs qui tpe mortis testatoris erant a solo separati. ff. de re. ven. l. fructus. Sed nō habebo ex lati legato noīa debitoꝝ suorum. nisi aliter cōstet de mēte. quia noīa debitoꝝ. nec sunt mobilia nec immobilia. sed in. iij. specie. ff. de re iudi. l. a diuo pio. §. in venditione. Itē qꝛ nō est nostrum qd nobis debet. sed tm̄ illud qd possumus vendicare. ff. de au. et argē. le. l. ij. Sz tu de hoc dic vt. s. alienatio. §. viij. et idem dic de lignis et lapidibus ad edificiū preparatis q nō veniunt. ar. ff. de le. iij. l. ligni appellatio. §. fi. Idē in lecto legato venit ornamentū eius. vt in. d. l. librorū. §. fi. eo. ti.

39 ¶ Vtrū legatis vestibus vxori. veniāt aurea vel argentea ornamenta dictarū vestiū videt q nō. quia accessoria preciosiora suo principali nō accedunt. Lud. de ro. in no. tenet q veniant etiā p̄ciosiora. et accedant principali. vt. l. et si nō sunt. §. pueniamus. ff. de au. et arg. le. et Bar. in. l. cum aurū. ff. de au. et arg. le. et dicit glo. falsam in. l. ij. ff. de pecu. le. que vult q accessiones p̄ciosiores nō extinguātur destructo principali.

40 ¶ Quid si legat centū titio si voluerit. R. q nō transibit ad heredē titij. si titius nō expresserit se velle. l. si ita legatū sit. §. illi si volet. ff. de le. i.

41 ¶ Quid si habens lancē maximā. minorē. et minimā legat lancē minorē. R. q debetur medie magnitudinis. si aliud non appareat. ff. de au. et ar. le. l. qui lancem.

42 ¶ Item si legat cyrographū. intelligitur legasse actiones in eo contentas. l. qui cyrographum. ff. de le. iij.

43 ¶ Vtrū testator qui legauit vni fundū. alij vsufructū fundi. debeat intelligi legasse vnicuiq; ipsorum dimidium vsusfructus dicti fundi. R. Lud. de ro. in no. q sic. l. si alij. ff. de vsufru. lega. secus in iudicis sententia. vt. l. et puto. §. i. ff. famil. hercis. quod verū est si aliud de mente nō cōstet.

44 ¶ Vtrū si legans sic dicit. lego centū Titio. et si illos pderet iterū relinquo ei alios centū. eius heres teneatur plusq; semel restituere. R. q nō nisi semel. ff. de le. iij. l. fideicommissa. §. si quis decem.

45 ¶ Si legatur alicui vsusfructus sub certo tpe. puta. vsquequo talis puenerit ad. xx. annos q̄uis talis moriat. nihilominus vsusfructus durat vsq; ad tēpus. xx. annoꝝ secus si moriatur vsufructuarius añ. xx. annos. quia expirat. Si vero legat sub incerta cōditione. puta donec talis fuerit furiosus vel remanserit ꝛ hmōi. quorū euentus incertus est si conditio euenerit expirat. Si aūt moriat in furore nihilominꝰ durabit vsq; ad vitam vsufructuarij. l. ambiguitatem. C. de vsufruc.

¶ Quid habebit ille cui relinquitur victus et vestitus. siue alimenta. quod idem est. R. ñ. debet habere cibum. potum. vestimenta. lectum. habitationem. ꝛ ea sine quibus viuere nō posset. ff. de ali. ꝛ ciba. le. l. legatus. ff. de verb. sig. l. victus. non tamen ea que ad disciplinaz pertinent. d. l. legatus. 44

¶ Quid si dicit. relinquo q vxor mea sit dña. ꝛ vsufructuaria omnium bonorum meorum. R. ñ. q per hoc quod dicit dominam habebit gubernatōnem domus ꝛ famalie. ꝛ eius curā p hoc q dicit vsufructuariā habebit victum ꝛ vestitum. Similiter si diceretur relinquo eam dominam ꝛ dominatricem bonorum meorum. intelligitur q sm qualitatē patrimonij honorifice habeat sua necessaria et sit gubernatrix domus ꝛ sic sapientes ꝛ cōmunis vsus interpretantur. vt no. glo. in aut. hoc locum habet. C. Si secūdo nup. Et sic fecit Dauid cū dicit de eo cōstituit eum dominū domus sue. i. rectorem ꝛ sic ponitur in greco qd est. ff. man. l. creditor. §. lucius. Dominus tamen Bertho. cepola in tractatu suo de seruitutibus dicit verū sola alimenta fore relicta per illa verba dñam ꝛ vsufructuariā si filij sunt instituti. secus si extranei vt ē glo. in. d. aut. hoc locuz. ꝛ ibi p oēs ꝛ bar. in. l. titia. cū testamento. §. si. ff. de le. ij. ꝛ bal in. l. vnica. C. de indic. vi. quod intellige superstantibus filijs. secus si morerentur filij viua matre. quia tūc efficeretur ꝓprietaria vt no. singulariter bar. p tex. in. l. sicut in annos. ff. quibus modis vsuf. amit. 47

¶ Quid si dicit lego vsumfructum omniū bonoꝝ meoꝝ vxori mee. vel relinquo vxorem meam vsufructuariam. R. q insolidum habebit vsumfructum omniū bonorū. ita q poterit facere de illis quicquid placuerit. etiam si essent vltra quantitatem alimentorum. vt. ff. de vsu. le. l. vxori mee. nisi filios haberet ī quo casu filij haberent saltem legitimam partem in vsufructu sm dominum Odofre. sicut ipse notat in auten. nouissima. C. de inoffi. testa. que limitat. d. l. vxori. quo ad filios. sed non quo ad extraneos. 48

¶ Vtrum legās vxori sue habitationem. seu 49

vsumfructum habitationis domus sue, qd idē est. l. cum antiquitas. C. de vsufruc. Et in eodē testamēto legando dictā domū alteri ademerit dictū legatum vxoris. R. q nō. tex. est in. l. sempronio. in pn. ff. de vsufruc. vbi pbat q legato generali vsufructus vel habitationis nō derogatur per legatum specialis ipius. et ibi Bar. dicit q nō est alibi tex. p hoc.

50 ¶ Quid si dicit, relinquo titio fundum ad vsufructuandū. R. do. Bar. vbi. s. ē q est relicta pprietas. Similiter qn̄ dicit relinquo fundum ad gaudimentum per. l. pculus. ff. de vsufruc. et ibi dominus Flo. qui tamē distinguit verū si extranei sunt instituti. secus si filij dilecti. et placet in cōscientia. licet alij indistincte velint q pprietas sit relicta nō vsuffructus.

